


kat.komp

CIMELIA


o

1763



Cim 1763

245.



Prohibitus Liber *Erstherd's*
ILLVSTRISSI-
MO PRINCIPI AC DO-
MINO, DOMINO ALBERTO,
Marchioni Brandeburgensi, Prussiae, Stetinensi,
Pomeraniae, Cassubiorum Vandalorumq; Duci:
Burggrauio Norinbergensi, ac Rugiae
Principi, Domino suo cle-
mentissimo. *lin. 1763*

GEORGIUS SABINVS.

IN ARGONAVTICA
historia cum inter duos
Principes rixa orta esset,
Orpheus eam cantu sedas-
uit: & narrat Appollonis
us recinisse eum ad citharam initia &
fabricationem mundi, & Solis & Lu-
nae circuitus, ac Iouis victoriam ad-
uersus Titanas. Qua ex narratione
apparet veterem poeticeam fuisse do-
ctrinam de serie omnium temporum,
& historiam mundi et maximarum mu-
tationum in praecipuis regnis: & histo-
riae intextam fuisse doctrinam de Deo,
de iusticia, & de poenis iniusticiae, nam

A 2 in

prohibitus liber

EPISTOLA

in Orphei fragmentis & hic versus ad
huc legitur:

Ἐνσεβέεισι καὶ τὸ τέλος γλυκώτερον ἔστι,

Postea verò cum maiores gentium
dissipationes sunt factæ, in bellis simul
et studia veteris sapientiæ extincta sunt,
& monumenta multa deleta. Exiguæ
reliquiæ historiæ ut cunq; in Ionia
& parte Græciæ seruatae sunt: quas ta-
men inuolutas prodigiosis figuris pos-
steritas non satis intelligere potuit.

Cum verò prosit nosse temporum
seriem, quantum sciri potest, Ouidij
consilium fuit, contexere mundi histo-
riam vsq; ad sua tempora. Etsi aut hoc
Ouidij opus propter linguam latinam
& genus versuum adolescentibus pro-
ponimus, tamen fit lectio dulcior, cum
aliquid de consilio Poëtæ, & de rebus
ipsis ac historiæ serie cogitatur. Eò
etiam prodest veteres Græcas historias
omnes considerare, vt collatio cum Ec-
clesiæ historia nos accendat, vt magis
amemus Ecclesiæ doctrinam, in qua
sola videmus continuam seriem anno-
rum

rum ce-
sione i-
uentu-
bitari r-
in poe-
stendu-
tiquior-
cademi-
niorib-
dicam-
moner-
histori-
didi b-
partim-
multis-
it, hist-
morib-
credib-
homin-
in mar-
oculo-
tur ga-
dit pur-
vinci p-
Deus

DEDICATORIA.

rum certò traditam esse: & de successione imperiorum talia testimonia euentuum recitari, vt de veritate dubitari non possit. Vestigia etiã multa in poematibus & historijs Græcis ostendunt Ecclesiæ monumenta, & antiquiora & vera esse. Cum igitur in Academia tua, Illustrissime Princeps iunioribus interpretarer Ouidij (vt ita dicam) Chronicon, & me rerum series moneret, vt sæpè de collatione Græcæ historiæ & Propheticæ cogitarem, addidi breues interpretationes fabularũ partim historicas, partim Ethicas. In multis enim antiquitas vtrunq; miscuit, historiã & commonefactiones de moribus: vt cum pinguntur Cyclopes, credibile est in illo Siciliae littore fuisse homines feros & latrocinij in terra & in mari grassantes. Quod autem vno oculo pinguntur, manifestè significatur galeæ figura. Exitus autem ostendit puniri à Deo iniustos, & quidem vinci potentiam & viros consilio, quod Deus gubernat.

EPISTOLA

Bellerophontes cum esset Lycia
 orum dominus, bella gessit in Cilicia,
 vbi Chimæram domuit, quæ in fabulis
 pingitur vt bellua referens Leonem
 prima parte corporis, postrema draco-
 nem, media confusam speciem ex mul-
 tis. Tales sunt omnes seditiones, ini-
 tio terribiles, et quæritur honestus præ-
 textus priuatae cupiditatis. Honesta
 oratio erat Marij, consulendum esse
 egentibus ciuibus, quorum sanguine
 Italia contra Cimbroſ defensa esset, &
 ad Padum diuidendos esse agros: sed
 sibi dominationem quærebat, exitus
 igitur postea Draconi similis fuit, cum
 interfectis præstantissimis ciuibus tan-
 dem & ipse Italia pulsus est. Medio
 tempore caligo erat: multi dubitabant
 vtra causa iusta esset. Vicit autem Bel-
 leroſphontes donatus Pegaso & aureo
 freno à Pallade, id est dato exercitu, &
 fortitudine, quam Deus consilio rexit.
 Ac idem Bellerophontes postea in re-
 bus secundis factus insolens, cum Pe-
 gaso intra coelum ad Iouem vehi cona-
 retur

retur, e
 stea m
 tem pl
 dis sibi
 frenos
 diri ea
 tos im
 Nome
 à mon
 incolas
 occasio
 tibus, a
 moniti
 O
 doctri
 ptam c
 uit. H
 tur ad
 mo fid
 interfe
 Id vel
 ente S
 euentu
 excelle
 quòd t

DEDICATORIA.

retur, excussus est, et afflictus humi, postea
 moerore periit. Manifestum est autem plurimos homines in rebus secundis sibi ipsis blandiri, ac magis laxare frenos cupiditibus: quia minus impediri eas arbitrantur, postea immoderatos impetus graues poenae comitantur. Nomen etiam Chimeræ sumptum est à monte in Cilicia, quem sic nominasse incolas & Strabo narrat: ita variae sunt occasiones figmentorum, alias ab euentibus, alias à physicis causis, alias ab admonitionibus moralibus sumptae.

Orion fuit Princeps Bœotiae, qui doctrinam de astris ab Atlante acceptam ciuibus tradidit, & annum ordinauit. Huius ut memoria transmitteretur ad posteros, nomen eius pulcherrimo sideri attributum est. Et scribitur, interfectum esse Orionem à Scorpio: Id vel à natura sumptum est, quia oriente Scorpio Orion occidit: vel ab euentu, quia mala ingenia oderunt excellentem doctrinam, propterea quod sua regna impediri ab eruditis

EPISTOLA

existimant, & tollere doctiores conantur. Nomen Orion Græci finxerunt esse ab $\delta\upsilon\rho\epsilon\tilde{\iota}\mu$, quia ortus & occasus eius sideris tempestates ciet, vt res ostendit, & Aristoteles inquit, $\chi\alpha\lambda\epsilon\pi\acute{o}\varsigma \delta\ \omega\rho\acute{\iota}\omega\mu\ \acute{\alpha}\nu\alpha\tau\acute{\epsilon}\lambda\lambda\omega\mu\ \kappa\alpha\iota\ \delta\acute{\iota}\nu\omega\mu$. Fortassis autem nomen factum est ab $\omega\rho\alpha$, quia anni tempora, æstatis et hyemis initia distinguit. Etsi autem interpretationes aliæ magis aliæ minus concinnæ sunt, tamen iunioribus vtilis sunt, si tamen prudentia & delectus adhibeatur, & nō absurde ac monstrosæ aut procul petitiæ enarrationes fingantur, nec misceantur sacra profanis: sed consilia autorum aspiciantur, & fontes proprii in singulis materijs considerentur, & accommodatio sit inclusa certis metis. Sit etiam modus, ne ludus aut propter ineptias, aut propterea quod nimius est, fiat ingratus. Et hanc ipsam curam quærendi concinnas allusiones, et vitandi monstrosas, & seruandi modum, prodesse iunioribus ad formanda iudicia non dubium est. Et rectè assuefacti in his puerilibus exercitijs

citij, p
enarrat
dent in
allegor
qui vt

Omn
Iguen

Ita i
mine q
autem
concin
magna
memo

Q
terpre
accura
in scho
audito
quia i
fereba
eas pa
me Pr
T, scr

DEDICATORIA.

citijis, postea circumspēctiores erunt in enarratione doctrinæ Ecclesiæ: nec ludent intempestiuīs, insulsis & absurdis allegorijis, vt Origenes & Monachi, qui vt Proteus

*Omnia transformat sese in miracula rerum,
Ignemq; horribilemq; ferā fluuiumq; liquentem,*

Ita isti omnibus materijs sine discrimine quaslibet figuras induerunt. Vt autem hæc licentia perniciosum est: ita concinnæ allegoriæ in loco adhibitæ magna & dulcia sunt ornamenta, & memoriā adiuuant.

Quanquam autem hæ nostræ interpretationes non sunt omnes à me accurate scriptæ, pleraq; etiam obiter in schola tantum commemoratæ, & ab auditoribus auidè acceptæ sunt: tamen quia iam in multorum manibus circumferebantur, ne qui aliena assuerent, edidit eas passus sum. Ideò verò Illustrissimè Princeps in hac editione ad Celsissimè T, scripsi, vt specimen ostendam, vnde

EPIST. DEDICAT.
iudicari posset de meo consilio in do-
cendo, & de diligentia mea, quam &
Celsitudini tuæ, & omnibus prudentis-
bus & honestis semper probari volui:
ac me & hæc nostra studia Tuæ Celsi-
tudini reuerenter commendo. Data

Idibus Iunij. Anno M. D.

LIII. in Academiâ

Regijmontis.

Ludmanibus Summo



quodmanibus
Ludmanibus Summo

In manibus IN PRI

In Haribus

Ludmanibus Summo

IN

BR

DE

LA



tinentur

titerum

brata su

scribit, a

Hi uero

ad discer

mum del

merorum

ficat Ho

Et

Intel

discendi

soluta o

re, si ing

cluderen

quam Pl

IN PRIMVM LI
BRVM METAMOR-
PHOSEON.
DE UTILITATE FABV-
LARVM, ARGVMENTO AC
TITVLO OPERIS.

PŌETICA nihil aliud est nisi
Philosophia numeris & fabulis
concinna, qua honestarum artium
doctrina & præcepta de moribus
illustrata regnorum exemplis con-
tinentur: nam apud Græcos multò antè, quàm ex-
titerunt Philosophi, studia sapientiæ à Poëtis cele-
brata sunt, ut Cicero in Tusculanis testatur, ubi
scribit, antiquissimum è doctis esse genus Poëtarum.
Hi uerò ut lenocinijs quibusdam allicerent homines
ad discendum, consecrati sunt duas res, quæ pluri-
mum delectationis afferunt: nempe suauitatem nu-
merorum, & commenta fabularum: id quod signi-
ficat Horatius, cum inquit:

Et prodesse uolunt & delectare Poëta.

Intelligebant enim delectationem esse illecebram
discendi, & carmine magis excitari animos, quàm
soluta oratione, resq; ueras plus admirationis habe-
re, si ingenioso figmento, tanquàm gemmæ auro, in-
cluderentur. Quare cum Poëtica eandem doctrinam
quam Philosophia, profiteatur, non dubium est fa-
bulas

Ludmanus P. Summ.

INTERPRETATIO

Fabulas Poëtarum, esse plenas sapientiae et eruditionis: utpote confectas ab hominibus, qui omne studium in doctrina sapientiaq; collocarunt. Sicut enim in vitibus pulcherrimae & dulcissimae uuae sub pampinis latent, ita in poematis utilissimae res fabularum inuolueris teguntur: neq; ullum ferè uetus figmentum est poëticum, quo non aliquid contineatur, uel ex historijs, uel ex Phisicis, uel ex Ethicis depromptum: unde non in scite dictum est ab Erasmo Rotterodamo, poëticam esse placentiam delicijs conditam, ex omni disciplinarum genere.

Ceterum Ouidij Poëma quod inscribitur Metamorphosis, selectissimas fabulas omnium Poëtarum uno uelut fasce comprehendit, in quibus illustria proponuntur exempla beneuolentiae et irae diuinæ: illustresq; imagines totius uitae et conditionis humanae, nam in describendis fabulis autor persequitur quandam historiae seriem ab initio mundi ad sua tempora deductam, qua docet res humanas non casu aut fortuitò ferri, sed gubernari diuinitus: commemorans, esse numen, à quo omnia facta & constituta sint, omniaq; prouidentissimè regantur: id fauere pijs & honestis actionibus: scelera uerò punire uarijs uitae calamitatibus, ac in primis contemptum religionis, propter hunc totas gentes, urbes, familias, saepe deletas esse, bello, pestilentia, alijsq; grauissimis malis. Praeter haec autem uitae exempla quae ex historijs sumuntur, continet idem Poëma, tot Astro-
nomica,

*nomica, te
num, loco
& descri
terpreten
Geograph
Non est i
ac tantum
ritis quib
nis: cuius
mandos u
uirtutem,
multiplica
um ferè a
Postremo
non minim
nui appar
docet quor
buenda, re
plicandae
affectuum
fabularum
positio ser
diuersissim
mnes inter
utilitates h
esse debet.
tum traeta
dam Theo*

L I B. I.

nomica, tot Physica passim inserta, tot deniq; regio-
 num, locorum, urbium, montium, fluviorum nomina
 & descriptiones, ut (si quis eruditum habuerit in-
 terpretem) addiscere hinc queat magna ex parte
 Geographiam, Sphæram & naturæ expositionem.
 Non est igitur ociosum & nugatorium hoc poëma,
 ac tantum ad delectationem confectum, ut ab impe-
 ritis quibusdam existimatur, sed thesaurus eruditio-
 nis: cuius quidem lectio conducit, primum ad for-
 mandos uitæ mores, inuitant enim nos exempla ad
 uirtutem, & à turpitudine dehortantur: deinde ad
 multiplicem doctrinam, continet enim uestigia omni-
 um ferè artiũ, quibus liberalis doctrina continetur.
 Postremo alias quoq; utilitates adfert, quarum hæc
 non minima est, quod instruit eloquentiæ studiosos o-
 mnium apparatu oratorio uerborum & figurarum: ac
 docet quomodo rerum diuersarum inuentio distri-
 buenda, res uerò perspicuè, copiosè, iucundeq; ex-
 plicandæ sint. Mira est enim uarietas figurarum,
 affectuum & sententiarum in narratione harum
 fabularum: mira quoq; et artificiosa earundem di-
 spositio seu continuatio, qua ita connectuntur, ut cũ
 diuersissimæ sint, tamen apte una ex alia necti & o-
 mnes inter se colligatæ esse uideantur. Propter quas
 utilitates hoc opus merito omnibus commendatum
 esse debet. Apud Græcos multi poëte idem argumen-
 tum tractarunt, ut Callisthenes, Parthenius & qui-
 dam Theodorus: Sed Ouidium facilitate & iucunda
 ditate

INTERPRETATIO

ditate carminis omnes superasse, ex eo manifestum est, quod hi ipsius libri in Græcam linguam conuersi sunt.

Titulus inscribitur Metamorphosis, hoc est, transformatio. Finguntur enim hîc conuerti ex hominibus in belluas, qui in hominis figura belluæ immanitatem gerunt: quales sunt ebriosi, libidinosi, uiolenti & similes, quorum appetitus rectæ rationi minimè obtemperat.

CHAOS.

Ante mare & terras & quod regit omnia cœlū.

Prima et maximè admiranda Metamorphosis est, rerum creatio: quid enim admirabilius, quàm informe chaos in pulcherrimum hoc mundi opificium, ac tenebras in lucem conuerti? Nec uerò dubium est, Poëtarum narrationes de mundi fabricatione sumptas esse, ex ueteri patrum doctrina, quam alij simplicius recitarunt, alij magis inuoluerunt fabulis, ut Orpheus, & deinde Musæus ac Linus. Verus est Orphei recitatus à Iustino Martyre, & à Clemente Alexandrino de unitate Dei:

Ἐἰς ἑστ' αὐτοῦ ῥηίης, ἑνὸς ἔκγονα πάντα τέτακτα.

Fuit enim consentiens ueterum sapientum uox, unum esse infinitæ potentie Deum fabricatorem totius machinæ mundi, sapientem, ueracem, bonum, iustum, beneficū, castum, qui sic ordinauit mūdi corpora, ut hominibus uictum gignerent, & alia uite præ-

presidia:
crimen h
bilibus ex
mortali ui
ueracem,
tæ chaos,
eterno: i
quia Mos
tam per u
etsi non p
men acco
stotelis &
initium.
Deum &
Ægyptiu
eterna, al
ram seu D
τῶν ὄντων
Quibus
Ouidius
nominat
primordi
Hanc
De ment
non aper
Sic u
Con
Dubit at
præ

praesidia: & indidit mentibus multas noticias et dis-
 crimina honestarum & turpium actionum, et horri-
 bilibus exemplis punit atrociter scelera etiam in hac
 mortali uita, ut agnoscanus & esse Deum, et iustū,
 ueracem, & castum esse. At uerò quòd docent Poë-
 tae chaos, unde mundus fabrefactus est, extitisse ab
 aeterno: in hoc minimè conueniunt cū sacris literis,
 quia Moses tradit, materiam illam à Deo esse crea-
 tam per uerbum ex nihilo. Quare eorum doctrina,
 etsi non per omnia sacris literis consentanea est, ta-
 men accedit propius ad ueritatem, quàm opinio Ari-
 stotelis & aliorum, qui negant mundum habuisse
 initium. Statuerunt autem Poëtae duo Principia,
 Deum & chaos, secuti Hermetem Trismegistum
 Ægyptium: ex cuius doctrina Stoici finxerunt duo
 aeterna, alterum, Deum seu Mentem: alterum, Natu-
 ram seu Materiam. Sic enim Hermes docet: ἀρχὴ
 τῶν ὄντων ὁ θεὸς καὶ νόος: καὶ φύσις καὶ ἕλκη.
 Quibus etiam uerbis hoc consentaneum est, quod
 Ouidius in hac fabula Deum & naturam cōiunctim
 nominat, utriq; tanquàm aeterno ascribens rerum
 primordia, cum ait,

Hanc Deus & melior litem natura diremit.
 De mente quoq; idem sentire mihi uidetur, licet
 non aperte: nam cum inquit,

Sic ubi dispositam, quisquis fuit ille deorum
 Congeriem secuit, sectamq; in membra rededit,
 Dubitat (opinor) num debeat creationem attribuere
 Menti,

INTERPRETATIO

Menti, quemadmodum Plato. Is enim in Phædonæ scribit, Mentem esse architectatricem mundi: in qua sententia & Anaxagoram, aliosq; multos fuisse constat.

PROMETHEVS IAPETI FLI- LIVS, CVR HOMINVM PLASTES.

Quam satus Iapeto mixtam fluuijalibus undis.

IAPETVS fuit Iaphet, Noë filius maior natu: hunc ut uirum sanctum, antiquitas non mortali-um, sed cœlestium numero habuit: eiusq; liberos, quos Poëta Titanas uocant, antiquiores genere hu-mano celebravit. Ex filijs autem ipsius, quorum se-ptem numerantur, unus, quisquis ille fuit, dictus est à Græcis Prometheus, ἀπό τῆς προμηθείας, hoc est, à prouidentia, fuit enim præter cæteros pru-dens, ac prouidus, ut testatur Hesiodi uersus:

Ἰαπετιοῖδῃ πάντων πρὶ μέγα εἶδωρ.

Atq; is Prometheus celebratur hominum plas-tes, uel quia hominis propria est prudentia: uel quod collatione cæterorum animalium homo singu-lari consilio & prouidentia Dei creatus est: uel et-iam eò quòd ex sermonibus ipsius Promethei affluxit ad gentes doctrina de creatione humani generis, nempe quòd Deus ad imaginem sui creauit homi-nem. Lactantius Firmianus putat Promethea fuisse primum, qui statuas seu simulacra finxerit: ac scri-
bit

bit illum
constitui
gustinus
nos, uide
minum a
Dei: re
busdam
runt de lu
tia docto
tia Dei h
figura,
fert: eam
plicat pe
Sanct
Deera
D
mentis, a
estq; solu
malia on
loco men
naturæ
omnia h
multa an
poris pr
ad Bale
nium D
rū in pr
& belu

bit illum uixisse temporibus Iouis, quibus Templo
 constitui, & Idola coli ceperunt. Diuus tamen Aus-
 gustinus fabulam exponit eodem ferè modo, quo
 nos, uidelicet de sapientia & doctrina, qua ille hos-
 minum animos excoluit. Ita enim scribit de ciuitate
 Dei: regnantibus memoratis regibus fuisse à qui-
busdam creditur Prometheus, quem propterea fecerunt
de luto formasse homines, quia optimus sapien-
tiae doctor fuisse perhibetur. Qua uero providen-
tia Dei homo fit creatus, indicat aptissima corporis
figura, & facultas rationis, qua ipse à brutis dis-
fert: eamq; differentiam Ouidius in hac fabula ex-
plicat perquam erudite, his uerbis:

Sanctius his animal mentisq; capacius altae
Deerat adhuc, et quod dominari in cætera possit.

Dicitur enim animal sanctum & capax altae
 mentis, animal rationale, habens agnitionem Dei:
 estq; solus homo particeps rationis, cuius cætera ani-
 malia omnia sunt expertia. Neq; aliud significat hoc
 loco mens alta, nisi rationem noticia Dei & legis
 naturæ quæ est radius sapientiae Dei illustratam. Ac
 omnia huius mentis imperio subiecta sunt: nam etsi
 multa animantium genera & mole & robore cor-
 poris præstant (quæ enim hominis comparatio uel
 ad Balenam? uel ad Elephantum?) tamen ipse om-
 nium Dominus existit, propter rationem, hac nimi-
 rum in profundo aquæ pisces capit: hac in terra feras
 & beluas domat: hac è sublimi aëre uolucres in suâ

*De Prometheus
 fabula.*

INTERPRETATIO

potestatem redigit : figura item corporis humani,
 non prona, sed erecta, documentum est finis, ad
 quem homo creatus est : nempe ad agnitionem Dei,
 & contemplationem rerum cœlestium, quarum spec-
 tacularum ad nullum aliud genus animalium perti-
 net, quàm ad genus humanum: id quod etiã Poëta no-
 ster significat uerbis admodum illustribus, cū inquit:
 Pronaq; cum spectent animalia cætera terram,
 Os homini sublimè dedit, cœlumq; tueri
 Iussit, & erectos ad sidera tollere uultus.

Ac uidetur Ouidius præclaram hanc senten-
 tiam mutuatus à M. Tullio Cicerone, qui primo de
 Legibus ita scribit: figuram corporis habilem & ap-
 ptam ingenio humano dedit. Nam cum cæteros ani-
 mantes abiiecisset ad partem, solū hominem erexit, et
 ad cœli quasi cognationis domicilijsq; pristini con-
 spectum excitauit. Eandem uero sententiam Silius
 Italicus imitatus, reddidit his uersibus, bonis qui-
 dem, sed longe dissimilibus :

Nonne uides hominum, ut celsos ad sidera uultus
 Sustulerit Deus, ac sublimia finxerit ora,
 Cum pecudes uolucrumq; genus formasq; ferarū
 Segnè atq; obscenam passim strauisset in aluum.
 Porro quod Prometheus fingitur auxilio Mi-
 nerue in cœlum ascendisse, & ignem facula sustulisse
 se de rota Solis, quo igne homines animati sint : eo
 significatum arbitror, eum doctrinam de Deo, &
 uite leges, & anni ordinationem multis populis
 tradidit.

tradidit
 animi.
 Astron
 Seruio :
 Le signi
 gasse, o
 ligatus
 hæc. Pl
 è filice
 existim

duo p
 terior
 ut suc
 admo
 rant,
 nasc
 conf
 sunt.
 de e
 rean
 pter
 faci

tradidisse, ut lutea eorum corpora, hoc est, rudes animi, honestis artibus excolerentur. Fuit enim Astronomus suo tempore omnium peritissimus, teste Servio: ac quoniam fertur in Caucaso monte, Aquile signi coelestis causam, naturam, & situm indagasse, ob hanc curam & sollicitudinem fingitur alligatus Caucaso, ubi aquila cor ipsius excedat. Ad haec, Plinius refert, flammam à Prometheo excussam è silice, cuius usus antea erat ignotus: quod etiam existimo allegoricè dictum esse.

DE QUATVOR MVNDI ÆTATIBVS.

Aurea prima sata est ætas, &c.

PROPAGATO genere humano, mundus paulatim degeneravit, ac subinde factus est deterior. Hæc enim est rerum humanarum conditio, ut successu temporum omnia in peius ruant: ac quæ admodum semina & plantæ paulatim degenerant, ita quoque homines singulis ætatibus deteriores nasci manifestum est. Quod ut significarent Poëtæ, confinxerunt Metamorphosin ætatum: ac fabulatæ sunt, primam ex aurea factam esse argenteam: deinde ex argentea factam esse æneam: ac postremo ferream. Dicitur autem prima ætas aurea, tum propter naturam & bonitatem hominum: tum propter facilitatem victus ac tranquillitatē vitæ: primi enim

INTERPRETATIO

homines et natura erant præstantiores, atq; uiuaciores, quàm nunc sunt: & sapientia excellabant, id quod indicant uariæ artes ab illis inuenta: & pie, iuste, temperanterq; uiuebant, cumq; initio & aer salubrior esset, & terra fecundior, non solum quia natura propior erat origini, sed etiam quia minus erat scelerum, uictus facile parabatur, qui nunc multa cultura & magno labore queritur: omnesq; ut erant liberi, ita nemo laborum sollicitudine, nemo opû cupiditate angebatur. Hinc boni homines apud Theocritum $\chi\upsilon\sigma\epsilon\omicron\iota\ \acute{\alpha}\nu\delta\ \rho\epsilon\epsilon\varsigma$, aurei uiri dicuntur: Et Socrates apud Platonem in Cratylo, Si quis (inquit) nunc ex nostris bonus sit, an ne putes hunc aurei generis ab Hesiodo estimari? Ac uidetur hæc fabula de quatuor ætatibus nata ex Danielis Historia de illa statua in somno à Rege uisa, in qua prima Monarchia pingitur aurea, secunda argentea, tertia ænea, quarta ferrea: estq; uerisimile, hanc ipsam Historiam Græcis fuisse non ignotam, utpote qui multum commercij olim cum Ægyptijs habuerunt.

SATURNVS MISSVS IN TARTARA.

Postquàm Saturno tenebrosa in Tartara missus.

OCCASIO fabule de Saturno missus in Tartara, sumpta est ex profunditate aëris. Saturnus enim mouetur omnium Planetarum extremus, estq; longissime submotus à terra: & ingens cœli altitu-

do appellat
illius motus
sit ac tardu
gitur esse m
bello de A

Affecta

GIG

modari ad
prepotentia
Catilina, A
iniusta & n
blicam. Perh
ualidis fuisse
altissimos m
quanquam a
in republica
uel impuro
Gigantum n
bent uires g
fraterculi di
lam in istos
ac Magistrat
constituantu
legibus & M
accommodat

do appellatur Tartarus. Nec facile animaduertitur illius motus, cum ipse in conficiendo cursu ita segnis sit ac tardus, ut quasi stare uideatur: unde etiam fingitur esse in compedibus, ut refert Lucianus in libro bello de Astrologia.

DE GIGANTIBVS.

Affectasse ferunt regnum cœleste Gigantes.

GIGANTOMACHIA potest accommodari ad conspirationem hominum in republica præpotentum: quales olim fuerunt, Sylla, Marius, Catilina, Antonius, & si qui alij uiribus suis freti, iniusta & nefaria bella mouerunt aduersus rempublicam. Perhibentur enim Gigâtes tantis tanq; præualidis fuisse uiribus, ut ad oppugnandum cœlum altissimos montes humeris suis comportarint. Ac quanquam alij quoq; infimæ fortis homines, qui uel in republica aduersus leges seditiose tumultuantur, uel impuro ore conuicia in Principes euomunt, in Gigantum numero habendi sunt; tamen qui non habent uires gestandis montibus pares, uix Gigantum fraterculi dici possunt. Non dubium est autem fabulam in istos confictam esse, quicunq; aduersus leges ac Magistratum arma sumunt: nam cum diuinitus constituantur respublicæ, quid est aliud aduersari legibus & Magistratui, quàm ipsi Deo? Potest etiam accommodari ad hostes Ecclesiæ, qui aut falsa doctrina

ualebit ad
conspirationem
huius in Regem

et ad hostes
Ecclesiæ

INTERPRETATIO

H.
Erina, aut ui conantur labefactare ueram religionem. Sacre literæ enim testantur Gigantes fuisse homines à uero Dei cultu & à iusticia alienos. Est igitur in hac fabula coelum, uel respublica, uel Ecclesia. Iupiter supremus Magistratus: Gigantes uel ciues sediciosi, uel Heretici, uel Tyranni, qui manus inserunt pijs, & iniusta sanciuunt: Montes ad oppugnandum coelum congesti, conatus temerarij, & opiniones impie: fulmen Iouis, diuina ultio. Nam omnes puniuntur diuinitus, ac perinde ut Gigantes habent tristes exitus, quicumq; contra legitima Imperia quibus subiecti esse debent, arma capiunt, aut qui delere Ecclesiã conantur, sicut exëpla Catilinae, Brutii, Cassij, Diocletiani & aliorum ostendunt.

Ut uerò Poëta tales tamq; nefarios homines detestarentur tanquàm monstra, affinxerunt Gigantibus pedes anguinos, nihil est. n. tam immane, tam monstruosum, quàm aduersus Deum, aduersus pietatem, aduersus Magistratum, Leges, ius et æquum, quid moliri. Ioachimus Camerarius, uir omni doctrina eruditus, anguinos Gigantum pedes exponit de improbis consiliarijs, quorum turpi sustentatione Tyranni tanquàm pedibus nituntur.

Extat Iacobi Sadoleti liber de laudibus Philosophiæ, quæ inscribitur Phædrus, ubi facete cum Gigantibus etiam conferuntur Philosophi, qui ingenijs suis nimium confidunt, sibiq; omnem sapientiam laudem arrogant, in eo libro Phædri uerba sunt

hæc: Atq; de Gigantibus meritate cor, ut gradibus moratis untur affixi. Offan. Scipum: Te Scripsit nec tam quàm ut um arro est, sed in ea nitendere.

Tum Fulmen affixi. Puppiter maxime ni circulitas nimitru eni crepi

hæc: Atqui mihi uidentur ueteres illi haud illepidè
 de Gigantibus fabulati, quo horum insolentiam te-
 meritatemq; arguerent: quod ea re firmitus addu-
 cor, ut credam: quod illi montibus tribus tanquam
 gradibus, sic Philosophi trinis, antea à nobis me-
 moratis Philosophiæ partibus in altissima loca moli-
 untur ascensum: Ter sunt conati imponere Pelio
 Ossa, Scilicet atq; Ossa frondosū inuoluere Olym-
 pum: Ter pater extractos disiecit fulmine montes.
 Scripsit diuine, ut omnia Poëta omnium maximus:
 nec tam ille ut Gigantum, qui certe nulli id egerunt,
 quàm ut hominum suis ingenijs nimium confidentia-
 um arrogantiam refelleret. Quanquam non ingenij
est, sed dementiæ, quæ nullo intelligi pacto quæunt,
in ea nihilominus mentis aciem ad intelligendum in-
tendere.

IVPPITER CÛR FVL-
 MINATOR.

Tum pater omnipotens misso perfregit Olympiæ
 Fulmine.

PLINIUS scribit hanc ob causam Ioui ful-
 men assignari, quod inter Saturnum & Martem
 Iuppiter sit medius: quodq; contrariæ qualitates
 maxime in Ioue coëant, ex superiore uidelicet Satur-
 ni circulo qualitas nimij frigoris, & ex Marte qua-
 litas nimij caloris. Harum conflictu fulmen cum to-
 nitru emitti ueluti ex flagrante ligno carbo exiliè
 cū crepitu, propter earundem qualitatum pugnam.

INTERPRETATIO
CONCILIVM DEORVM.

Ingentes animo & dignas Ioue concipit iras
Conciliumq; uocat.

Descriptio

DEORVM concilia apud Poëtas docent,
res humanas non ferri casu, sed gubernari certo Dei
consilio. Itidem admonent nihil temere, nihil inconsulto
agendum in Republica: nam si Iuppiter, cui
attribuitur summa potestas omnium rerum, adhibet
superos in consilium, quoties ei statuendum est aliquid
gravius: quanto magis id fieri debet ab hominibus,
cum humana sapientia, ad diuinam collata, sit
nulla. Hinc ergo discant, quicumq; in summo sunt
Magistratu, ne quid agant sine consilio, sed ut conuocent
concilium, audiant multorum sententias, placita temperent,
& cogitent ubi magni momenti negotium agitur, ne Ioui quidem suum satis esse consilium.
Describitur autem egregie officium boni Principis & ratio
puniendorum delictorum hoc loco, ubi Iuppiter in coetu Deorum sic inquit:

Perdendum est mortale genus, per flumina iuro
Infera sub terras stygio labentia luco.

Cuncta prius tentanda: sed immedicabile uulnus
Ense recidendum est, ne pars sincera trabatur.

*ad lenitatem
cum ad Magistratum*

Hic enim Principes ac Magistratus docentur,
non aliter agendum cum ciuibus qui delinquant, atque
cum membris languentibus. Semper quidem anteferendam
lenitatem seueritati: sed ut in difficultatibus morbis curandis,
sic in grauibus delictis puniendis

dis interdum
ut sapientiam
uem affirmat
nas atrocio
homines pe
medium no
causa oim
hoc est, uir
ficabatur,
sanari poss
dam esse, u
scindunt.
consultare
usurpasse
clamasse: i
significans
in homine
nullo mod
eadem fen
sic inquit
si & ipsa
runt, & no
feritas &
humanita
in Eutrop
Vlcer
Non l
Hec

dis interdum acrioribus utendum remedijs. Quod ut sapientissimus Poëta significet, fingit ipsum Iouem affirmare iureiurando se inuitum persequi poënas atrociores: eundemq; ferre hanc sententiam in homines perditos, uidelicet partem corporis, quæ remedium non admittit, esse recidendam. Hac etiam de causa oïm Romanis consulib. præferebantur fasces, hoc est, uirgæ securibus alligatæ: quibus idem significabatur, nempe corrigendam esse maliciam quæ sanari possit, quæ uero emendari nequeat, abscindendam esse, uirgæ enim corrigunt: secures autem abscindunt. Constantinus Imperator cum aliquando consultaret de coërcenda morum petulantia, fertur usurpasse Ouidianam hanc sententiam, atq; ita exclamasse: immedicabile uulnus ense recidendum est: significans animaduertendum esse summa seueritate in homines improbos, qui emendari nequeunt: eosq; nullo modo in Republica ferendos esse. M. Cicero eadem sententia utitur libro Officiorum tertio, ubi sic inquit: Etenim ut membra quædam amputantur, si & ipsa sanguine & tanquam spiritu carere ceperint, & noceant reliquis: sic ista in figura hominis feritas & immanitas belluæ, à communi tanquam humanitate corporis segreganda est. Item Claudiaz in Eutropium.

Ulcera possessis alta suffusa medullis
Non leuiore manu, ferro sanantur & igni.

Hæc igitur diuina sententia omnibus Reipublicæ

INTERPRETATIO

lice gubernatoribus obseruanda est, utpote ab ipso
Ioue lata, et in augusto senatu Deorum comprobata.

Ceterum et illud obseruatione dignum est,
quod in hoc concilio Superi finguntur esse solliciti
de conseruando cultu diuino, ac uereri, ne is intere-
at toto genere humano extincto.

Nam etsi

Dicta Iouis pars uoce probat, stimulosq; fremētū

Adiiciunt: alij partes assensibus implent,

Est tamen humani generis iactura dolori

Omnibus: et quæ sit terræ mortalibus orbæ

Forma futura rogant: quis sit laturus in aras

Thuræ feris ne paret populadas tradere terras.

At uidetur hic locus esse sumptus ex Platone,
qui scribit, omnia esse condita hominum causa: ho-
mines uero Deorum causa. Deus enim uult agnosci,
coli, inuocari: idq; significabat ista sollicitudo, quare
Ouidius tribuit Superis.

DEORVM IURISVRANDVM.

De Iurisurando per flumina iuro
Infera sub terras stygio labentia luco. //

Deorum ARISTOTELES in Metaphysicis scri-
bit hanc esse causam, cur Poëta fingant Deos iurare
per equam, ut cum ea sit omnium prima et anti-
quissima, significent nihil ducendum prius, nihil an-
tiquius et sanctius, religione iurisiurandi.

DE SATYRIS ET FAU-
NIS.

Sunt

LIB. I.

Sunt mihi Semidei : sunt rustica numina Fauni
Et Nymphæ Satyriq; , &c.

SATYRI & Fauni traduntur esse homunculi bicornes, naribus aduncis, corpore piloso, & pedibus Caprinis : qui utrum sint animalia, an Dæmones, nihil quod affirmem habeo. Plutarchus in uita Syllæ scribit, Satyrum fuisse captum non longe ab Appolonia ciuitate Epiri, qualè Poetæ et Pictores effingunt : productumq; ad Syllam, & per multos interpretes interrogatum, quis nam esset, edidisse quidem uocem, sed à nemine intellectam, utpote equi hinnitum capræ balatu permixtum. Postea iubente Sylla fuisse dimissum, datis comitibus à quibus reduceretur in syluas. Diuus Hieronymus quoq; scribit in uita Pauli Eremitæ, idem animal tempore Constantini Cæsaris captum, ac perductum Alexandriam, præbuisse magnum populo spectaculum : ac postea eius cadauer sale perfusum, ne putresceret, missum fuisse Antiochiam Cæsari uidentum. Adhæc scribit ipsum Paulum in eremo Ægypti, conspicatum & allocutum esse talem homunculum capripedem & cornutum, atq; ab eo accepisse hoc responsum : Mortalis ego sum, & unus ex incolis eremi, quos gentilitas colit uario errore delusa, Faunosq; & Satyros appellat : legatione fungor gregis mei : precamur ut pro nobis communem Deum deprecemur, quem pro salute mundi uenisse cognouimus.

LYCAON IN LVPVM.

LYCAE

INTERPRETATIO

LYCAON rex Arcadie primus inducias belli uiolasse fertur immolato Ioui obside, quem à Moloſis acceperat; cumq; hac perfidia redegisset in poteſtatem ac ditionem suam homines simplices, quibus cum inducias fecerat, et eos tanquam oues deuorasset, Poëta ad nomen alludentes, finxerūt ipsum in Lupum esse mutatum à Ioue, cui humanas carnes apposuisse. Λύκος enim Lupum significat. Hęc igitur fabula detestatur impietatem, perfidiam et inhospitalitatem, qua nil est immanius. Quam arctum uero et sanctum olim fuerit uinculum hospicij, ex eo apparet, quod antiquitas Iouem uocauit hospitem: apparet item ex Historia Liuij de Badio ciue Campano, qui in conspectu duorum exercituum, Q. Crispino Romano hospitium solemniter renunciat, ut cum eo congregari possit hostili more. Tanti enim fiebat olim ius hospitij, ut ne ab hostibus quidem uiolaretur.

DILUUIVM DEVCALIONIS.

Pœna placet diuersa, genus mortale sub undis Perdere, &c.

SEQUITVR descriptio diluuij, quo extinctum est genus humanū propter impietatem, iniusticiam, et crudelitatem: in qua descriptione obseruandæ sunt amplificationes, prosopopœiæ, et hypotyposes Poëticiæ. Nam Ouidius non tantū dicit aquas inundasse terram uniuersam, sed addit causas et rationes, unde tanta uis aquarum extiterit, nempe ex magnis

*De Lyca
on Mur
dare et
Votatio.*

magnis
uero na
fingit p
carcerem
enim Ac
pari sole
nubes et
nubila fr
rantibus
nunciam
bibus ac
nube, in
densatus.
uocare et
uim aqua
terram. E
rursus em
nem Nep
flumina a
ses docent
amplificat
Porro
ni filio Pr
creatio ho
quod gent
luuij. Apu
locus, ex q
intelligi, u

L I B. I.

magnis ex asiduis imbris, terræq; motibus, ad has
 uero naturales causas uariè et incundè explicandas,
 fingit primò Aquilonem uentum à Ioue includi in
 carcerem, ne quid impedimenti diluuiio inferat. Est
 enim Aquilo siccus, quo flante, nubes et imbres dissi-
 pari solent. Econtra Austrum immitti ad inducendas
 nubes & pluuias: is enim uentus est humidus: ideoq;
nubila fronte, humida barba, madidis capillis et ro-
rantibus pennis depingitur. Deinde Irim Iunonis
 nunciam colorata ueste indutam afferre alimenta nu-
 bibus ac pluuijs: quia imbres augentur roscida illa
 nube, in qua arcus coelestis apparet in aquam con-
 densatus. Adhæc fingit Neptunum Iouis fratrem cõ-
 uocare & hortari flumina ad effundendam omnem
 uim aquarum: suoq; sceptro concutere & mouere
 terram. Postremò, decrecentibus undis Aquilonem
 rursus emitti ad inducendam serenitatem: ac Tritonem
 Neptuni tubicinè cernere receptui, et reuocare
 flumina ad fontes. Hæ prosopopœiæ & hypotyposes
 docent, quomodo res in Poëmate illustrandæ atq;
 amplificandæ sint.

Porro, reparatio hominum ascribitur Deucalio-
 ni filio Promethei, eadem (ut arbitror) ratione, qua
 creatio hominis ascribitur ipsi Prometheo: nempe
 quòd gentes ab eo edoctæ, retinuerint memoriam di-
 luuij. Apud Lucianum in libello de Syria Dea extat
 locus, ex quo manifestū est, per diluuiū Deucalionis
 intelligi, non (ut quidã uolunt) inundationem illam,

*De Prosa
 onom.*

INTERPRETATIO

qua olim Græcia et Italia uastata, atq; Atlanta Infula
 absorpta est: sed diluuium uniuersale, quod fuit
 Nohe temporibus. Sic .n. ibi scribit Lucianus, tra-
 di à Græcis hanc hominum generationem, quæ nunc
est, ab initio haudquaquam fuisse, sed eam quæ tunc
fuit, totam interiisse. Hos autem homines, qui nunc
 sunt, secundi generis esse, eius, quod rursus à Deu-
 calione in tantam multitudinem excreuit. De illis
 autem hominibus, huiusmodi quædam narrari: Cum
 offerri admodum essent, nefaria opera eos perpe-
 trasse, neq; enim iusturandum seruasse, neq; hospites
 recepisse, neq; supplicium misertos esse. Ob quam
 rem, ipsos maximam quoq; calamitatem subiisse. Sta-
 tim enim & tellus multam aquam effudit, et imbres
 magni fuerunt, & flumina solito maiora decurre-
runt, & mare eò usq; ascendit, dum omnia aquis in-
 uoluerentur, atq; omnes perirent. Deucalion autem
 solus hominum relictus fuit, in secundam uidelicet
 generationem prudentiæ simul & pietatis gratia.
 Seruatus autem fuit hoc pacto: arcam quandam ma-
 gnam, quam ipse habebat, impositus in eam et liberis
 & uxore sua, conscendit. Cæterum cum ipse ingre-
 deretur, uenerunt eodem & apri & equi, & Leo-
 uum genera, & serpentes, aliaq; quæcunq; tellur
 nascuntur, bina ex uno quoq; genere, cuncta. Illi
 autem recepit ad se omnia, atq; ea ipsum haud quæ-
 quam ledebant, sed magna inter eos, Ioue ita dispen-
 sante, concordia erat, unaq; in arca omnes nauiga-
 bant.

bant,
 etiam
 lumb
 cium
 quod
 uium
 de ani
 ba ab

IR
 N
 C

etigēp,
 tonem
 gitur
 pluuia
 nom
 nem.

Ipse

tres or
 Ac qu
 motus,
 gitur
 & app

Co

bant, quàm diu aqua superabat, hæc Lucianus. Quia
 etiam Plutarchus de industria animalium scribit, co-
 lumbam ex arca Deucalionis emissam, attulisse indi-
 cium recedentis diluuij. Ex his igitur manifestū est,
 quod dixi, per diluuium Deucalionis intelligi dilu-
 uium Noë: quia in sacris literis similia traduntur
 de animalibus à Noa in arcam receptis, et de colum-
 ba ab eodem emissa.

IRIS CVR NVNCIA IVNONIS.

Nuncia Iunonis uarios induta colores

Concipit Iris aquas &c.

ARCVS cœlestis dicitur Iris ἀπό τῆς
 εἰσῆς, quod est loqui: Sic enim Socrates apud Pla-
 tonem exponit etymologiam huius uocabuli. Ac fina-
 gitur nuncia Iunonis, eo quod predicat & nunciat
 pluuias: nam aër in quo coguntur imbres, Iunonis
 nomine consecratur, teste Lucilio Balbo apud Cice-
 nem.

TRIDENS NEPTVNI.

Ipsè tridente suo terram percussit.

NEPTVNO attribuitur tridens, propter
 tres orbis terrarum partes quas ambit Oceanus.
 Ac quoniam in locis maritinis sæpe fiunt terræ
 motus, & cum terræ motu inundationes, ideo fina-
 gitur Neptunus cōcutere terram suo tridente, unde
 & appellatur τρινοστήριον, quòd terram quatiat.

TRITON.

Cœruleum Tritona uocat &c.

TIBES

INTERPRETATIO

TIBERIO *Cæsari* (ut scribit *Plinius*)
nunciatum fuit legatione ab *Vlysi*ponensibus, *Tri-*
tonem illic uisum et auditum in specu concha canen-
tem, ea qua noscitur forma. Est autem monstrum
marinum, superiore parte corporis referens effigie
uiri: inferiore autem piscem, colore est *cœruleo*, &
testacco conchyliorum operimento horret: id quod
indicat *Ouidius* cum inquit:

humeros innato murice tectum
Cœruleum Tritona uocat,

Fingitur Tubicen Neptuni, qui tanquam signo
dato sedat fluctus: quia & concha canit, & quando
auditur, uel apparet, tunc portendit tranquillitatem
maris. Hinc *Dido* in *Epistola ad Æneam*:

Iam uenti ponent: strataq; equaliter unda
Cœruleis Triton per mare curret equis.

TERRA OMNIVM PARENS.

Magna parens terra est &c.

TERRA omnium parens dicitur, quòd se-
minibus omnia pariat et fundat ex sese: stirpes am-
plexa alat, & auget. Item quòd omnes animantes
educet: educatos rebus omnibus sustentet ac foueat:
recipiatq; in se morientes omnes, ac tanquam gre-
mio abscondat.

HOMINES E LAPIDVM

IACTV.

Inde genus durum sumus experiensq; laborum,
Et documenta damus qua sumus origine nati.

AD

AD

ciem, quam
lapidibus
militudo n
gnificat. P
risimile est
sparsim in
nem uerò r
bes, atq; ita
hoc est, sp
autem The
nilis uitæ i

THI

THI

religionis
esse Deum
sententiam
gentium c
re putand

Sed tu

P

mida terra
uim, qua
consumere
exponit h

L I B. I.

AD significandam animi corporisq; duriciem, quam habemus, Poëtae finxerunt homines de lapidibus esse ortos: Fabula præbuit occasionem similitudo nominis. $\lambda\alpha\epsilon$ n. apud Græcos lapidem significat. Potest etiã referri fabula ad historiam: uerisimile est enim, homines diu post diluuiũ habitasse sparsim in montibus & saxeis speluncis. Deucalionem uerò rursus instituisse coetus ad condendas urbes, atq; ita reparasse homines lapidibus retro iactis, hoc est, speluncis relictis: idq; Themidis suasu. Est autem Themis, lex seu ius natura, cuius instinctu ciuilibus uitæ institutio est inuenta.

THEMIS CVR ORACVLO
RVM PRÆSES.

THEMIS fingitur oraculorum, hoc est, religionis præses. Nam ratio in natura insita. statuit esse Deum, & pietatem erga eum colendam: hancq; sententiam animo quasi insculptam, tuctur omnium gentium consensio, quæ (ut inquit Cicero) lex naturæ putanda est.

PYTHON.

Sed tu quoq; maxime Python.

PYTHON Draco, post diluuium ex humida terra natus, significat immensam exhalationis uim, quæ extitit post inundationem, donec à Sole consumeretur, In hanc sententiã Iouianus Pontanus exponit hanc fabulam in sua Vrania, ubi sic inquit:

C

Tum

INTERPRETATIO

Tum tellus grauis imbre, & adhuc stagnantibus
undis

Humida, anhela, uagos tollebat ad æthera tortus,
Inuoluens cælum nube & caligine opaca.

Hic ille immanis Python.

Dicitur autem Python à putredine seu putrefactione: nam πύθωσ̄ significat putrefactionem, & quia Sol consumit omnem putredinem terræ, eiusq; è circulo emicant radij in modum sagittarum, ideo Apollo fingitur interficere sagittis Pythona.

DE TELIS QVIBVS CVPI
DO ARMATVR.

Quidq; tibi lasciue puer cum fortibus armis &c.

AD exprimendam amoris uim attribuuntur Cupidini sagittæ & faces: nam ut nihil igne & ferro, ita nec amore quicquam acrius magisq; penetrabile. Quonquam amor etiam igne ardentior est: siquidem ignis adurit tangentes, et proxima tantum cremat: amor è longinquo urit: Non uno autem modo omnes in amore affecti sunt: alius alio amat uehementius: nec raro accidit, ut uel puellæ auersentur procos, uel proci puellas, à quibus amantur ardentissime, id quod Appollini ipsi accidisse hac fabula traditur. Ea de causa etiam Cupido armatur sagittis disparibus, uidelicet acutis & obtusis, auratis & plumbicis.

Nam (ut inquit Horatius)

Sic uisum Veneri, cui placet impares

FOMAS

Form
Seuo
APOL
D
A F
propter
medicina
humanor
mendanc
carent n
sed Dec
runt. I
Per
Inue
Dic
DA
tium fil
Lauro:
bet me
scribit
ipsius
mutati
uirgin
LA

LIB. I.

Formas atq; animos sub iuga aenea
 Saevomittere cum ioco.

APOLLO CVR INVENTOR ME
 DICINÆ ET MVSICES.

APOLLO fingitur inuentor Medicinæ
 propter uim Solis, qua herbae uegetantur, quarum in
 medicina usus est maximus ad salubritatem corporum
 humanorum. Fingitur & inuentor Musices ad com-
 mendandam dignitatem artis, nam ueteres ut signifi-
 carent musicam diuinitus inuentam esse, non homini,
 sed Deo inuentionem eius ascribendam existima-
 runt. Hinc igitur Apollo se ita iactat :

Per me concordant carmina neruis Item.

Inuentum Medicina meum est, opifexq; per orbem

Dicor, & herbarum subiecta potentia nobis.

DAPHNE IN LAVRVM.

DAPHNE laurum significat: ac fingitur
 tum filia Penei fluminis, eo quod ripe eius abundat
 lauro: tum amata ab Appolline, quia haec arbor praes-
 bet medicinae magnam usum: estq; spectatissima (ut
 scribit Plinius) apud Delphos, ubi Apollo colebatur.
 Ipsius uero Daphnes in arborem semper uirentem
 mutatio, docet immortalem gloriam esse paratam
 uirginibus pudicitiam conseruantibus.

LAVRVS ET QUERCVS CVR
 ANTE IMPERATORVM
 AEDES POSITÆ.

INTERPRETATIO

Mediamq; tuebere quercum.

ROMÆ ante Imperatorum edes erat posita quercus inter duas lauros, quæ significabat salutem Reipublicæ tuendam esse uirtute & scelicitate Imperatorum. Laurus uero erat signum uictoriæ ac triumphî. Quercus uero erat signum conseruati ciuis: unde confecto bello & Imperatores, qui insignem uictoriam essent consecuti, in Capitolium cum laurea inuehebantur, et qui ciuem ab hoste conseruasset, querna corona donabatur.

IO IN VACCAM.

ÆGYPTII propter agriculturam diuinis honoribus coluerunt bouem. Apud hos cum Io filia Inachi regis Argiuorum, diuinis quoq; honores consecuta, & mutato nomine Isis dicta esset, occasionem dedit fabulæ, ut diceretur mutata in bouem, hoc est, in Ægyptiorum numen. Fuit autem à Phœnicibus rapta & in Ægyptum abducta. Phœnices enim, cū more usitato (quemadmodum refert Herodotus) nauigassent Argos in Græciam, & exposuissent ibi merces, atq; ad eas emendas accessissent foemine Argiæ, inter quas erat Io regis filia, rapuerunt omnes, & raptas detulerunt in Ægyptum: Fuit etiam tradita et in matrimonium collocata Osiri Ægyptiorū regi, cui cognomen erat Ammoni seu Ioui, teste Diosdoro Siculo. Hinc fingitur à Ioue amata.

DE ARGO ET MERCVRIO.

Centum luminibus cinctū caput Argus habebat.

Argi

ARC

nemine esse
ab homine
Mercurius
& uersutia
cem ipsius
cissimè mou
Oratore co
eloquentia
num mente
fronte ac nu
das orationi
dicendo testi
ratur ad Ph
tentiam, ut
tum, cui me
uidetur. Per
cū sit fere
Sole accipit
quasi exting
Argi lumin
Iouianus Po
Quin &
Argum
Insomne
Pandent
Argus e
Ætheri

L I B. I.

ARGI fabula, si referatur ad mores, docet
 nemine esse tam occultatum, cui à Mercurio, hoc est,
 ab homine uersuto & eloquente imponi nequeat.
 Mercurius enim olim habebatur pro Deo eloquentie
 & uersutiæ: cuius alata talaria significant & ueloc-
 itatem ipsius motum, quia omnium planetarum uelo-
 cissime mouetur: & uolubilitatem linguæ, quæ in
 Oratore commendatur. Virga item significat uim
 eloquentiæ, qua alliciuntur & impelluntur homi-
 num mentes. Tegumen capitis simulationem, quæ
 fronte ac uultu sustinent homines uersuti ad tegeren-
 das orationis fallacias. Oportet enim fallacem in
dicendo tectum & cautum esse. Si uero fabula refe-
 ratur ad Physiologiam, exponi poterit in hanc sen-
 tentiam, ut per Argum intelligamus cælum stella-
 tum, cui inesse quædam species cælestium oculorum
 uidetur. Per Mercurium, Solem: nam & Mercurius
 cum sit ferè sub radijs solaribus, interdum pro ipso
 Sole accipitur. Oriente autem Sole cuanescent &
 quasi extinguuntur stellæ, per quas intelliguntur
Argi lumina. In hanc sententiam exponit fabulane
 Iouianus Pontanus his uersibus:

Quin & Mercurium mutato nomine dicunt
 Argum somnifero uictum strauisse caduceo
 Insomnem, centumq; oculos ac lumina centum
 Pandentem, & niuæ seruantem pascua uaccæ.
 Argus enim cælum est, uigilantia lumina flamme,
 Ætheria & uario labentia sidera mundo,

ades er
 gnificabat,
 & felicit
 um uictor
 um confer
 tores, qui
 apitolium
 hoste cona
 diuinis
 cum Io
 honores
 occasio
 uem, hoc
 Phœnici
 ces enim
 odorus)
 ssent ibi
 ne Ara
 omnes,
 iam tra
 yptiorū
 e Dio
 O.
 abebat.
 Argi

INTERPRETATIO

Que passim multa sublustris noctis in umbra
Collucunt, sed mox Phœbo exoriente perempta
Torpent luce noua, candenti lampade uicta
Emoriuntur, & obscuro conduntur Olympo.

SYRINX IN FISTVLAM.

FABVLA de Syrinx & Pane ad histori-
am pertinet, estq; conficta ex allusione nominis.
Pan enim fistulam prius inuenit: & οὐστὴρ signi-
ficat fistulam.

IN SECVNDVM LIBRVM METÆ MORPHOSEON.

DE PHAETHONTE.

PHAETHON, teste Luciano, fingitur So-
lis filius decidisse è curru paterno, eò quod inuesti-
gavit cursum Solis, præuentusq; morte artem reli-
quit imperfectam. Eius uerò tempore de cælo delat-
æ sunt flammæ, quibus (ut Aristoteles me minit in
libro de mundo) multæ regiones ad Occidentem ex-
ustæ sunt. Hanc ob causam fingitur orbis terrarum
eo currum agente inflammatus.

Fabula ad mores relata exprimit imaginem
ambitiosi & temerarij Principis, qui gloria & cu-
piditate regni incensus, cogitat sublimia, et concipit
æthera mente. In describenda hac fabula Ouidius mi-
rè seruat

*ad ambi-
tioſi Principis
pro suabit*

rè seruat
puerum.
quim re-
est homi-
tiam hab-
publica-
bis deho-
Mag-
Mun-
rem diu-
Sor-
publica-
Ard-
Eni-
Vno
Fit t-
Vlti-
Et
initio in-
sublimia
nant eò
nihil on-
gerere
calumn-
Reipub-
dentiſi

re seruat decorum. Narrat Phaëthontem esse adhuc
 puerum, cui propter aetatem nihil minus conueniat,
 quàm rerum administratio: utq; ostendat pueros, hoc
 est homines ambitiosos, qui nullam rerum experiens-
 tiam habent, potius repellendos à gubernaculis Reipub-
 licæ, quàm admittendos esse, fingit Solem uer-
 bis dehortari Phaëthontem:

Magna petis Phaëthon, & quæ non uiribus istis
 Munera conueniunt, nec iam puerilibus annis.

Ac quoniam constat administrationem esse
 rem diuinam, nec euenire omnibus feliciter, subdit:

Sors tua mortalis, non est mortale quod optas.

Adhæc quàm difficilis & periculosa sit Reipub-
 licæ gubernatio, significat cum ait:

Ardua prima uia est, & qua uix mane recentes

Enituntur equi: medio est altissima cælo,

Vnde mare & terras ipsi mihi sepe uidere

Fit timor, & pauida trepidat formidine pectus.

Ultima prona uia est, & eget modicam incerto.

Etenim quicumq; accedunt ad Rempublicam,

initio in magnas difficultates incurrunt. Deinde quò

sublimiorem gradum obtinent, quoq; diutius guber-

nant, eò maiora sustinent pericula: atq; experiuntur

nihil omnium rerum humanarum esse difficilius, quàm

gerere magistratum. Quantum uerò inuidiæ, metus,

calumniæ ac discriminis expectandum sit omnibus

Reipublicæ gubernatoribus, etiam optimis & pru-

dentissimis, admonet cum ait:

INTERPRETATIO

B.

Forsitan & lucos illic urbesq; Dcorum
 Concipies animo, delubraq; ditia donis
 Esse: per insidias iter est, formasq; ferarum.
 Utq; uiam teneas, nulloq; errore traharis,
 Per tamen aduersi gradieris cornua tauri
 Ænoniosq; arcus, uiolentiq; ora Leonis
 Seuq; circuitu curuantem brachia longo
 Scorpion, atq; aliter curuantem brachia Cancrū.

De Inimicis
 Inimici

Multæ enim existunt belluæ in Reipublica, Tauri,
 Centauri, Leones, Scorpij & Cancrī, hoc est, homi-
 nes inuidi & factiosi, qui omnia consilia quamuis res-
 cta et salutaria calumniantur: omnia reprehendunt
 ad euertendam illorum dignitatem, qui præcipuè
 seruiunt communi utilitati. Quinetiam uulgus non
 facile regitur, cuius tanta petulantia tantaq; ferocia
 est, ut in neminem magis insurgat, quam in illos,
 quorum imperio parere debet: ideoq; sic ait:

B.

Nec tibi quadrupedes animosos ignibus illis
 Quos in pectore habet, quos ore et narib. efflât.

Verum hæc magnitudo difficultatis ac pericu-
 lorum nihil mouet homines imperitos, qui honores
 appetunt, uel infinitam potentiam affectant, ut enim
 temerarij, ita pertinaces sunt, nec sanis consilijs ob-
 temperant, propterea hæc subdit:

Finierat monitus: dictis tamen ille repugnat.

Propositumq; premit.

Porro currus quem agendum suscipit, sum-
 mam rerum potentiam significat: in quo curru,

aureus

Aureus
 Curuatur
 Per iuga
 H

publica
 perspicit
 tur: Sollic
 di non ui

frena gul
 Est enim
 arte rege
 Parc

Ostenden
 nere uulg
 rata quac
 ria dura

& const
 mium con
 Postea e

Nec
 Sectu
 Hac

Significa
 lo, ut illi
 que omni
 Republic
 thematic
 impetum

L I B. II.

Aureus axis erat, terno aureus, aurea summe
Curuatura rotæ, radiorum argenteus ordo,
Per iuga chrysolithi positæq; ex ordine gemmæ.

Hec uerò nihil aliud sunt nisi ornamenta Rcis
publicæ, quæ magnanimus Phaëthon miratur opusq;
perspicit, hoc est splendorem ac speciem regni intue-
tur: Sollicitudinem autem & difficultatem imperan-
di non uidet. Deinde per equos ipsum uulgus, per
frena gubernatio & habenæ imperij intelliguntur.
Est enim similis equorum uulgi ferocia. Iam uerò qua
arte regendum sit uulgus docet, cum inquit:

Parce puer stimulis, & fortius utere loris.
Ostendens optimam gubernandi rationem esse conti-
nere uulgus in officio, non tam seuericia, quam mode-
rata quadam seueritate. Stimuli enim indicant impe-
ria dura & crudelia. Lora uerò disciplinam grauem
& constantem, ubi uincula legum neq; seueritate ni-
mium contrahuntur, neq; lenitate nimium laxantur.
Postea & subiungit.

Nec tibi directos placeat uia quinq; per arcus,
Sectus in obliquum est lato curuamine limes,

Hac sit iter:

Significans non ui & impetu obnitendum esse popu-
lo, ut illius uoluntati neq; contumaciter aduersari, ne
que omnino obsequi uideare. Nam in administranda
Republica conuenit imitari ipsum Solem, quem Ma-
thematici tradunt niti quidem contra supremi orbis
impetum, sed obliquè molliterq; ex transuerso. Et ex

*Doctus
nominatus
Perfid*

INTERPRETATIO

empla utriusq; generis testantur, quàm pernicioſa ſit, tum dura nimium et populari uoluntati ſemper aduerſa ſeueritas, qualis fuit in Catone: tum blanda nimium, & ad uulgi libidinem accommodata facilitas. Pari enim calamitate Rempub. afficit gubernatio, aut durior quàm humanitatis poſtulat ratio, aut lenior quàm officij dignitas permittit, quare & illud addit: Medio tutiſſimus ibis. Nam qui ſeueritatem cum manſuetudine & comitate coniungunt, hi ſapientiſſimè gubernadi uiam incedunt: qui uerò id non faciunt, illi non diu uulgi in officio continent, id quod indicat cum ait:

De Off.
publi. Co.
etiam

Sed leue pòdus erat, nec quod cognoscere poſſent Solis equi, ſolitaq; iugum grauitate carebat. Succutiturq; alte, ſimiliſq; eſt currus inani:
Quod ſimul ac ſenſere, riuunt, tritumq; relinquunt
Quidriuges ſpaciū, nec quo prius, ordine curſu
 Ipſe pauet, nec qui cōmiſſas fleſtat habenas (runt
 Nec ſcit quā ſit iter, nec ſi ſciat imperet illis.

Ad extremum igitur ingenti totius orbis maſſa Phaëthonis currus, hoc eſt, imperium euertitur. Qui enim nulla adiutus ſapientia habenas tractat, omnia temeritate ſua ſubuertit.

Præter hæc, duo ſunt in hac fabula loci morales, obſeruatione digni, alter admonet pueros, ne parentum iuſſa & præcepta contemnant, alter docet, non eſſe ſeruanda illa promiſſa, quæ non ſunt his ipſis utilia quibus promittuntur: cuius loci et Cicero meminit

memin
 ſe fact
 in cur
 antequ
 to meli
 ſeruatu

H
 Q

inſcrib
 Hæc e
 linqui
 oppre
 conſec
 auxili
 animo
 incenc
 cendi

rarum
 gelus
 tino c
 cum p
 yeret
 ei reſo
 atam

meminit lib. 3. Officiorum his uerbis: Sol Phaëthoni
se facturum esse dixit quicquid optasset. Optauit ut
in currum patris tolleretur: sublatus est, atq; insanus
antequam constitit, ictu fulminis conflagrauit, quan-
to melius fuerat in hoc promissum patris non esse
seruatum?

EPITAPHIUM PHAE-
 THONTIS.

Hic situs est Phaëthon, currus auriga paterni,
 Quem si non tenuit, magnis tamen excidit ausis.

APTVM & conueniens epitaphium, quod
 inscribatur sepulcro audacis ac temerarij principis.
 Hæc est enim illa insignis fama, quam posteritati res-
 linquit, nempe quod magnarum rerum molitione
 oppressus interierit. Talem apud posteros famam
 consecutus est Ludouicus Sphortia, qui Gallorum
 auxilio ac potentia fretus, cum totius Italiae imperiũ
 animo cõcepisset, alter quasi Phaëthõ excitauit belli
 incendium adductis Gallis in Italiam: quod belli in-
 cendium ipsius ruina extinctum est.

Accommodari etiam potest ad studiosos lite-
 rarum, qui maiora suis uiribus aggrediuntur. An-
 gelus Policianus, adulescens iactauerat, se reddere la-
 tino carmine Homerum: quo labore & studio suo
 cum passim gloriaretur, & iudicia doctorum exqui-
 reret arrogantius, Cardinalis Papiensis uir factus,
 ei rescripsisse fertur his uerbis: Censeo operã incho-
 atam non esse deserendam: si non assequeris id quod

assequeris

*Epitaphium
 ad Sphortiam*

Policianus

INTE RPRETATIO

effectas, equalis tamen tui Phaëthontis laudē inuenies, ut idem de suscepto à te Homero, quod de suscepto ab illo curru solari, dicatur:

108. *Quem si non tenuit, magnis tamen excidit ausis.*

HELIADES IN ARBORES ELECTRIFERAS.

SORORES Phaëthontis suo casu & exemplo docent moderationem in luctu adhibendam esse. Dum enim assidue lugent, amissa hominis figura ipse in arbores, & earum lacrymæ in succinum seu electrum conuertuntur. In Luguria uerò ad Eridanum nasci arbores electriferas omnino fabulosum est: nasci tamen illud electrum, & multis locis effodi, incolæ affirmant.

8.

CYGNVS LIGVRVM REX IN AUEM SVI NOMINIS.

VETERES, quo celebrarent Eridani amœnitatem, sinxerunt illic esse cygnos mirè canoros, quorum concentus ex utraq; ripa inter arbores electriferas audiretur. Lucianus hos putat insignes fuisse musicos, qui propter studium canendi tanquam in aues mutati cantibus indulgerent. Itaq; Ouidius uenustè historiam accommendat ad fabulam. Cū enim fingit Cygnum regem Ligurum in auem sui nominis mutatum esse, significat eum fuisse musicæ studiosum, allusione sumpta ex nomine.

CALISTO

CA

PV

format.
& Salo
lierem f
esse por
fingitur
caret ra
Grecos
am turp
conspect
nulli uer
uenation
partim e
dus eru
rum, qui

Vltim

Est enim
extremus
descendit
semper ex
subeat aq
dera subit

DE

TRI

LIB. II.

CALISTO LYCAONIS FILIA

IN VRSAM.

PELLEÆ & fœminæ amissa pudicitia deformatæ, assimilantur turpissimis bestijs, id quod & Salomon in Prouerbijs testatur, cum inquit, mulierem formosam quæ immodesta est, non, dissimilens esse parco, aureum torquem gerenti. Hac de causa fingitur Calisto Iunonis pellex mutata in ursam: nec caret ratione, pulcherrimam (Calisto enim apud Græcos à pulchritudine nominatur) mutari in bestiam turpissimam. Nam quo pulchrior est fœmina, eò conspectior sit eius turpitude & deformitas. Nonnulli uerò tradunt illam fuisse ab ursa dilaniatam in uenatione. Est itaq; uerisimile, fabulam esse cõfictam partim ex historia, partim ex moribus. Porro Ouidius eruditè & astronomicè describit situm stellarum, quibus ursæ sidus constituitur, cum inquit:

ubi circulus axem

Ultimus extremum, spaciòq; breuissimus ambit. Est enim Vrsa arctico circulo, qui ad septentrionem extremus & breuissimus est, inclusa: nec unquam descendit sub Horizontem, sed propter eleuationem semper extat. Itaq; & fingitur arceri ab Oceano, ne subeat aquas, hoc est, ne occidat: dicuntur enim sidera subire æquor, cum occidunt.

DE CORNICÈ, CORVO ET
NOCTVA.

TRES fabulæ simul connexæ sunt: Vna de cornice

Oratio homo
Sapientis.

INTERPRETATIO

cornice, que docet garrulitatem plerisq; odiosam esse, presertim sapientibus: nam ideo fingitur cornice Mincruæ inuisa. Altera de coruo, que docet consilia um bene momentis non esse repudiandum. Coruus nam dum spernit consilium cornicis, ipse accersit sibi magnum malum. Tertia de Nyctimene in noctuam conuersa continet detestationem im pietatis atq; in castæ libidinis, ac docet honestè uiuendum, ut bene audiamus, & in conspectum uenire non crubescamus. Qui enim turpitudinem subeunt, omnibus honestis inuisi, perinde ac noctuæ, lucem atq; conspectu fugiunt. Policianus aliã fugit causam, quàm Ouidius, cur aues circumuolitent noctuam, uidelicet non quòd eam exosam habeant, sed quòd ita uenerentur. Ait auiculas olim ab illa admonitas ne infiderent arboribus, neue inter frontes ita lasciuiarent, subsultarent, colluderent & cantarent: Sed hanc admonitionem cum auiculæ contempsissent, eas uisco implicatas serò pœnituisse, quòd salubre illud consiliu spernuissent. Atq; hoc ait esse, cur aues sicubi noctuam uiderint, frequentes eam quasi sauent, deducant, sectentur, circumfidant, circumuolitent, tanquàm admirantes eius sapientiam. Hæc quidem festiua sunt: Sed illud est festiuus, habetq; plus grauitatis, quod Poeta hic fingit: uidelicet noctuã fugere conspectu atq; lucem propter admissum dedecus, quod patrio cubile se implicuerit: eamq; ob id esse tam inuisam auibus, ut omnes eam odio habeant. Ceterum ut ad cornicis fa

NB

AB

b ulat

Bulam
Athen
ferre a
Miner

Pa

petua
Vulca
tiæ, di
uerò li
nium,
canus
cisset.

V
IV
niensiu
monium
maris
in uita
lingua
causam
crops
lenis a
Plutar

Sulam redeamus, Plinius scribit nullam cornicem
Athenis conspici: id arbitror etiam Ouidium trans-
ferre ad fabulam, dum fugit cornicem esse inuisam
Mimeruæ, quam Græci αὐλώων appellant.

ERICHTHONIVS.

Pallas Erichthonium prolem sine matre creatã.

POETÆ uoluerunt Palladem florere per-
petua uirginitate, quod ut crederetur, finxerunt
Vulcanum Deum ignis, id est, feruorem concupiscen-
tiæ, diu cum Pallade luctatum atq; superatum. Ex ea
uero lucta Vulcani et Palladis, natũ esse Erichtho-
nium, quasi de terra & lite procreatum, quod Vul-
canus superatus affectum libidinis in terram proie-
cisset.

CECROPS GEMINVS SEV
BICORPOR.

Virginibusq; tribus gemino de Cecrope natis.

IUSTINVS scribit Cecropem regem Athe-
niensium reuocasse suos à uagis libidinibus ad matri-
monium, ac ideo fingi geminum, propter scemine et
maris coniunctionem. Gregorius uero Nazianzenus
in uita Basilij magni, scribit Cecropem duas tenuisse
linguas, Græcam & Ægyptiacam, atq; hanc esse
causam cur fingatur geminus. Traditur etiam Ce-
crops initio regni fuisse asper & durus, ac postea
lenis atq; humanus: qua ex re consuetam esse fabulam
Plutarchus arbitratur.

CORO

INTERPRETATIO
CORONIS AB APOLLINE
INTEREMPTA.

Pœnitet heu serò poenæ crudelis amantem.

CORONIS Æsculapij mater interijt per
stilitia: hinc fingitur telo interempta ab Apolline.
Solis enim radij assimilantur sagittis, & nimio eius
feruore interdum aer fit pestilens: Quapropter Ho-
merus quoq; fingit, interfici ab Apolline, qui peste
moriuntur. Apollinis autem exemplo hoc loco mon-
nemur, ne statim habeamus fidem delatoribus, neu
quid ex impotentia animi faciamus, cuius postea non
pœniteat.

*De gemi
tentia pu
stent.*

DE ÆSCVLAPIO.

sed natum flammis uteroq; parentis

Eripuit.

DEORVM filij à Poëtis nominantur, ho-
mines ingenio & uirtute præstantes, eò quòd omnes
excellentes artes & uirtutes in hominibus fiant di-
uino adflatu. Hac de causa Æsculapius dicitur filius
Apollinis: quia cum fuerit excellens medicus, dictus
est cum diuino motu adiuuari, & quidem ui Solis
qui plantas fouet.

OCYROE IN EQVAM.

PER OCYROEN, quæ à ueloci fluxu nomi-
nabit, ac fingitur mutata in equam, arbitror intelli-
gi fluuij eumq; appellari Græcè ἵππορ. Non est, ut
inuisitatum hoc nomen fluuij. Nam autore Strabone,
apud Colchos influit in Phasin annis, nomine Hip-
pos.

TRES

INTERPRETATIO

Postquam periculum accersitum est, iam hæret implicatus.

APOLLO IN PASTOREM.

Illud erat tempus, quo te pastoris pellicem
 Textit, onusq; fuit baculus sylvestris oliuæ.

APOLLO siue Sol fingitur pastor, ut inquit Iouianus Pontanus:

Quod pascat, quicquid sub cœli nascitur oris.

BATTVS IN SAXVM.

BATTI fabula docet, fraude sermonis aperiurio abstinendum. Fuit autem Battus ineptus Poëta, cuius odiosam loquacitatem hic notat. Nam in eius uersibus eadem uerba sepè iterabantur Itaq; ad exprimendam battologiam usus est his repetitionibus:

Montibus, inquit, erant, et erant sub montibus illis.

Item: & me mihi perfide prodis

Me mihi prodis, ait?

PALLAS CVR ARMATA.

Vertit ad hanc torui dea bellica luminis orbem.

PALLAS fingitur simul & sapientia & belli dea, ut significetur, nec sapientiam à potentia, nec potentiam à sapientia seiunctam esse debere: siquidem potentia sine sapientia obest plurimum, & sapientia sine potentia nihil aut parum prodest.

DE INUIDIA.

Protinus

*De sapientia et potentia
 turine.*

Protinus
 Tecta p
 EI
 inuidorum
 Prima inu
 cat huic m
 sed humili
 alterius u
 tem Physic
 esse, quibu
 mus est T
 Igne u
 Deinde q
 est comm
 sus limer
 ipsam cor
 ac sapien
 ter dese
 Palle
 Pec
 H
 nihilq; e
 bium, S
 A C
 ficat inu
 ros &

L I B. II.

Protinus inuidiæ nigro squalentia tabo

Tecta petit.

ELEGANS est inuidiæ prosopopœia, qua inuidorum natura, affectus & mores describuntur: Prima inuidiæ ipsius domus in uallibus imis, significat huic morbo obnoxios esse homines non excelso, sed humili animo præditos. nemo enim, ut dici solet, alterius uirtuti inuidet, qui suæ confidit. Docent autem Physiçi, hos plerumq; humili ac deiecto animo esse, quibus sanguis inest frigidior: ideo et inuidiæ domus est Tristis & ignaui plenissima frigoris, et quæ igne uacet semper, caligine semper abundet.

Deinde quia uirtuti ac sapientiæ cum inuidia nihil est commercij, hanc ob causam Pallas non intrat ipsius limen, sed postes extrema cuspide pulsat, hoc est, ipsam commouet inuidiam. His enim rebus, uirtute ac sapientiæ solet inuidia concitari. Postremo eleganter describitur ipsius forma ab effectu:

Pallor in ore sedet, macies in corpore toto.

Item:

Pectora felle uirent, lingua est suffusa ueneno.

Hoc est, obrectatores pleni sunt acerbatis, nihilq; est illis uirulentius: unde natum est prouerbum, Sycophantæ morsum esse incurabilem.

AGLAVROS IN SAXVM.

AGLAVROS mutata in saxum, significat inuidos ac maleuolos fieri saxeos, hoc est, asperos & ab omni humanitate alienos. Nihil est enim asperius,

De Inuidia

Protinus

D a

INTERPRETATIO
asperius, nihil inhumanius, quam inuidere alter
rebus secundis, que nihil nocent inuidenti.

IUPITER IN TAVRVM.

*De Iupit
Libidinosa*
ACCOMMODARI potest ad Principes libidinosos et puellarum raptu infames, qui amantibus in
orijs leuitatibus dediti, obliuiscuntur personæ quæ in dux ac
sustinent, fiuntq; similes taurorum. eiusmodi emulnerebus
Principem uidetur Ouidius hîc depingere, cū inquit illam semen

Non bene conueniunt nec in una sede morantur consilio: es
Maestas & amor, sceptri grauitate relicta hostium con
Ille pater rectorq; deum, cui dextra trifurcis. bula quand
Ignibus armata est, qui nutu concutit orbem, quoties fec
Induitur faciem tauri, mixtusq; luuence & postea
Mugit, et in teneris formosus obambulat herbis nil est stult

Ceterum quod ad historiam attinet, Europa Agemone ciuilibus. E
ris filia à Cretensibus rapta & in Cretam abducta multa siqui
est nauis, in qua taurus erat pictus. Iupiter uero quæ conuertitur
eo tempore regnabat in Creta, liberos ex ea genuit bula, & u
Minoa & Rhadamantum. inde nata est fabula, de terrigenis
Europa à Tauro rapta. clamat:

IN LIBRVM
TERTIVM.

DRACONIS DENTES SATI
A CADMO.

CADMVS

CAD
erat nomen
ie: aduers
lum conium
eos semina
sumpti sum
dentibus in
quæ in dux ac
emulnerebus
illam semen
consilio: es
hostium con
bula quand
quoties fec
& postea
nil est stult
ciuilibus. E
multa siqui
conuertitur
bula, & u
terrigenis
clamat:
Nec te
Cras
fert Cadm
serpentino
litas, qua
am attulit,

CADMVS Agenoris filius occiso Rege, cui
 erat nomen Draconi, fertur occupasse regnum Bœo-
 tiæ: aduersus quem cum amici & filij Draconis bel-
 lum coniunctis uiribus suscepissent, ipse iecit inter
 eos semina discordiæ, quia tandem distracti atq; con-
 sumpti sunt. Hinc nata est fabula de serpente, cuiusq;
 qui a dentibus in terram seminatis, ex quibus subito extites-
 cunt quæritur duæ acies galeis & hastis armatæ, quæ mutuis
 nodi emulneribus sese consecerint. Fingitur autem Cadmus
 cū in quædam sementem fecisse iussu Palladis, hoc est, diuino
 morante consilio: est enim singularis prudentiæ, ita diuellere
 hostium consensum. Ac uidere mihi uideor in hac fa-
 bula quandam imaginem horum temporum, ubi ali-
 quoties fœderati Principes simili arte sunt distracti,
 & postea inter sese dimicantes perierunt. Porrò nis-
 il est stultius ac perniciosius, quàm implicari bellis
 ciuilibus. Nulla enim societas fœderum est diuturna
 multa siquidem incidunt, quibus illa dirimitur, &
 uerò quæ conuertitur in hostiles inimicitias. Docet igitur fa-
 bula, *συμπαχία* esse uitandam, ideoq; unus de
 terrigenis fratribus Cadmum admonens, ita ex-
 clamat:

Nec te ciuilibus insere bellis.

Crasimus Roterodanus non inuenustè trans-
 fert Cadmeam sementem ad literatos. Scribit enim
 serpentinos dentes in Bœotia seminatos significare
 literas, quas Cadmus ex Phœnicia primus in Græcia
 attulit, ibiq; sparsit ac seminauit. Per seditiosos

R.
De Defor.
diuina

De Rusticis

INTERPRETATIO

uero fratres, ex serpentinis istis dentibus ortos, significari literatos, id si non credis (inquit) considera, quae strage se mutuo conficiant, qui hodie literas profitentur. Potest etiam transferri et accommodari ad alios: ut qui Rempub. sine ordine & gradu capeffunt. Hi enim subito existunt honorati, tanquam illi, quae Cadmus seminavit, armati. Sic Gregorius Nazianzenus in uita Basilij Magni, hanc ipsam accommodat sementem ad eos, qui nullo doctrine gradu ornat nec uirtute nec eloquentia muniti, nihil denique pro Ecclesia passi, sunt corrogatis suffragijs Episcoporum. Apud Ammianum Marcellinum extat allegoria eiusdem sementis, accommodata ad improuisam hostium multitudinem, quae ex occultis insidijs, tanquam e terra emergens, subito irrupit.

Vltima semper

Expectanda dies homini, diciq; beatus

Ante obitum nemo supremaq; funera debet.

VT athleta non serunt coronam nisi peracta certamine: ita nemo consequitur laudem foelicitatem nisi peracta uita, propter uicissitudinem rerum humanarum & incertos uita casus. Haec uero sententia ascribitur Soloni, nempe finem uita spectandum esse ac neminem ante obitum dici beatum debere. Quae sententia apud Herodotum admonetur Croesus a Solone, ne immensis opibus & nimia foelicitate fretus, transferat animum, seq; putet beatum esse, cum adhuc ante obitum ei multa iristia euicere possint. Id quod etiam

accidit

*In Epistola
perhibent sicut
omnis.*

De Epistola

accidit:
exutus e
mandus
tentia, e
sententia

Res
A

Princip
ac degen
sylvia ag
cedibus
a cambu
facto, re

Euripid
quare A

impie lo
orem es

Euripid
nis adm

dicat d

OS

ΔΙ

ΑΓ

lebat c

accidit: Cræsus enim postea à Cyro captus et regno
 exutus est: cumq; impositus rogo. Et iam igne cre-
 mandus esset, tunc deum cepit recordari huius sen-
 tentiæ, et clamare: ô Solon Solon. Meminit huius
 sententiæ et Iuuenalis, cum inquit:

quem uox facunda Solanis

Respicere extrema iussit spacia ultima uitæ.

ACTÆON IN CERVVM.

ACTÆON in ceruum conuersus, docet
 Principes quodammodo exuere animum humanum,
 ac degenerare in naturam ferinam, dum assidue in
 syluis agunt, ibiq; cum feris luctantur, et assuefiunt
 cedibus. Dicuntur autem uulgo dilaniari uenatores
 à canibus, cum exhausto spiritu in alendis canibus
 facto, rediguntur ad inopiam. Meminit huius fabulæ
 Euripides: sed aliam causam adfert quam Ouidius,
 quare Actæon sit mutatus in Ceruum. Ait enim eum
 impie locutum de dijs, cum gloriaretur se prestanti-
 orem esse uenatorem ipsa Diana. Extat locus apud
 Euripidem in Bacchis, ubi Cadmus exemplo Actæo-
 nis admonens Penthea, ne quid arroganter aut impie
 dicat de Dijs: ita inquit:

ὄρᾳς τῶν Ἀκταίων ὁ ἄθλιος μόρος,

ὅρῳ μὸσι τοὶ σκυλακες, ἅς ἐθρέφατο,

διεπάσαντο κρείσσον' ἐν κωνυγίαις

Ἀρτέμιδος εἶναι κομπάσαντ', ἐν ὄργασιν;

Ioannes Dantiscus, Episcopus Varmiensis so-
 lebat comparare Actæonis canes parasitis: ac dicebat,

*De Primijs
 but.*

I N T E R P R E T A T I O

idem accidere Principibus à parasitis, quod Act. con
à canibus, nempe ut deuorentur ab ijs quos alunt.
Itaq; in Principem adulat oribus & parasitis circum
fusum, immodicisq; largitionibus perditum, compe
tunt hi uersus:

*Adulato
ribus*

Vndiq; circumstant, merisq; in corpore rostri
Dilacerant dominum falsi sub imagine cerui.

S E M E L E.

ET SI magna pars narrationum de Cadmo &
eius posteris commonefactiones de moribus etiam
continet: tamen historie multæ inuolutæ sunt, &
mixtæ sunt admonitiones Physicæ, ut in multis alijs
narrationibus concurrunt historica, physica et Ethic
ca. Vocabulum Cadmus certò significat Orientalem,
quia hic dux ex Phœnicia aduenit, & inde literas et
doctrinas in Bœotiam attulit. Semele significat si
mulaerum, et haud dubiè ritus noui à Ioue, id est, no
uos & spæciosos ritus tunc receptos esse. Vocabulum
Ino prorsus significat idem quod Fortuna latinis. Et
fortassis etiam nomen fuit nouæ statuæ & nouorum
rituum. Aut significauit Imperia constitui non hu
manis consilijs, sed arcanis & fatalibus causis, qua
rum euentus nominatur Fortuna.

BACCHVS IN FOEMORE

IOVIS.

CONSENTANEVM est Cadmum mon
strasse rationem plantandi uites, & artem putandi et

uuas ex
cabatur
natus est
terra,
cunda.

reo et su
lor. Ac
lor post
fit, meli

TI

LI

factum
tur. Ha
prorsus
accideru
aliquid
est à na
talis sui
tunc est
recepiss

Ergo

Vid

EC

spreta m

Talis est

Omn

uas exprimendi. Et quia beneficium Dei esse iudicabatur, dicitur Bacchus ex Semele, id est, cultu Dei natus esse. Aut Physica sunt inuolucra: Semele est terra, ex cuius humore & pinguedine uitis fit foecunda. Ut autem crescant uuae & percoquantur, aëreo et suauis calore fouendæ sunt. Talis est iouis calor. Ac res ostendit, quando temperatus et suauis calor postquam ex uitibus gemma exorta sunt, accessit, melius coqui uuas, & gigni uina meliora.

De Terra Semele

TIRESIAS IN FOEMINAM.

LIVIUS scribit Spoleti uirum ex muliere factum esse. Et pauca alia similia exempla recitantur. Hec si quando accidunt, dira prodigia sunt, & prorsus aliena ab ordine Naturæ. Multa autem tetra acciderunt in Idolorum cultibus, quare & Tiresias aliquid monstrosum accidere potuit. Minus alienum est à naturæ exemplis nasci androginos. Et fortassis talis fuit Tiresias, aut prorsus allegoricè significatum est, uirum præstantem Tiresiam perterritum recepisse fanaticos ritus.

ECHO ET NARCISSVS.

Ergo ubi Narcissum per deuia rura uagantem vidit & incaluit.

De Echo et Narcisso

ECHO allegoricè significat iactantiam: hæc spreta mutatur in sonum, hoc est, in rem inanem. Talis est enim iactantia:

Omnibus auditur, sonus est qui uiuit in illa.

INTERPRETATIO

Narcissus uero significat hominem sibi uelenter placentem, ac supra modum sui amantem: quod ex ipsius uerbis intelligi potest. Sic enim de se ipso loquitur:

Iste ego sum sensi, nec me mea fallit imago,
Vror amore mei

*De ama
toribus*

Recte igitur Echo amat Narcissum, hoc est, iactantia φιλαυτ'ίας. Adhuc sapiens fingitur Nemesis insolentiae & arrogantiae uindex, repetere poenas à Narcisso se ita amante, ut suam ipsius umbram admittetur. Diuinitus enim puniuntur φιλαυτοί hac demerita, ut etiam inscitiam suam esse sapientiam arbitrentur.

*De Narcisso
facto in
flore
autum
nū*

Eruditè exposuit hanc fabulam Vitus VVinsheimius in quadam Declamatione, ubi sic inquit: Narcissus in fabulis Poëtarum, dum nimium sese amat, contabescit, peritq; & ipse et illa falsa imago, quam tantopere deperibat. Et nunc mutatus in florem monet nos serò florescens, ne nimis mature et ante tempus sapere incipiamus, neue nos aut nostra nimis amemus, atq; admiremur. quod cum in omni etate odiosum est: tum uerò in adolescentia prorsus intolerabile. Nam ut ab usu rerum solidaq; & perfecta doctrina & sapientia, hactenus adhuc longissimè abest: ita has res non possunt sibi arrogare sine summa turpitudine ac uanitate. Ut enim uuae & poma non in uer e, nec in estate maturescunt, sed in autumno pau

lo ante

lò ante hyemem, ita doctrinæ fructus ingrauescente
senectute primùm solent maturefcere.

DE PENTHEO.

Liber adest, festisq; fremunt ululatus agri.

NIHIL in speciem fallacius est, nihilq; ad
populum plausibilis noua, siue superstitione siue
doctrina. Ad hanc sunt hominum concursus, quales
describuntur hic:

Turba ruunt, mixtaq; uiris matresq; nurusq;

Vulgusq; & proceres ignota ad sacra feruntur.

Sic olim sicubi nouus diuorum cultus à Monachis uel
à Sacrificulis erat institutus, eo uiri ac foeminae accu-
rebant turmatim. Sic nostris hisce temporibus, si quis
à ministris Ecclesiæ dissentit fingendis nouis opinio-
nibus, ad hunc concurrunt maxima multitudo.

Pentheus uerò (si exemplum ritè accommode-
tur) est εἰκὼς seu imago Tyranni, immanem scui-
tiã exercentis in ministros Ecclesiæ, odio religionis,
quam arbitratur offuturam suis commodis. Hic sum-
ma contentione dehortatur ciues, ne amplectantur
nouos sacrorum ritus: iubet cõprehendi sacerdotem,
& abripi ad supplicium, nec flectitur ullius admoni-
tionē: nec mouetur ullis miraculis, quo minus seuiat,
donec amittat uitam, ab ipsa matre & matertera sua
discrptus, istoq; miserabili interitu prohet, impios
ne à suis quidem tutos esse posse. Talis nimirum est
perimacia, ac talis exitus Tyrannorum: præsertim
qui aduersantur religioni, Quod uerò Ouidius de
Pentheo

INTERPRETATIO

Pentheo ac Tiresia hinc refert, cum ait :

Spernit Echionides tamen hunc ex omnibus unus
Contemptor superum Pentheus: presagaq; ridet
Verba suis: tenebrasq; & cladem lucis adempta
Objicit. Ille mouens albertia tempora canis,
Quam foelix esses, si tu quoq; luminis huius
Orbus, ait, fieres: nunc Bacchica sacra uideres.

Idem serè de Imperatore Iuliano fertur, qui cum in-
sultaret seni sacerdoti, cui ob confessionem fidei Chri-
stiane oculi erant effossi, objiceretq; ei cecitatem, Sa-
cerdos simili libertate respondit, se agere gratias
Deo, quod careret oculis, ne ipsum conspiceret, tam
nefarium religionis Christiane hostem: Ceterum,
quam obstinatus & praeractus sit animus Tyrannos-
rum, aptè exprimitur his uersibus:

*Proinde
tristis
pauca*

Hunc auus, hunc Athamas, hunc cetera turba suorum
Corripiunt dictis: frustra q; inhibere laborant.
Acrior admonitu est: irritaturq; retentus,
Et crescit rabies: moderaminaq; ipsa nocebant.
Sic ego torrentem, qua nil obstabat eunti,
Lenius & modico strepitu decurrere uidi.
At quacunq; trabes obstructaq; saxa tenebant,
Spumeus, & feruens, et ab obice sauior ibat.

BACCHVS IN PVERVM.

Virginca puerum ducit per littora forma.

BACCHVS ebrietatis ac temulentiae Deus
fingitur puer, eo quod ebrij induunt habitum animi,

qui

qui est
cillant
sus adeo
pueri,
bus, ubi
CVR

Qu
Pict
T
comitar
tes uini,
enim cor
N
Per
tatis det
randi re
autem ac
uigijs ob
de causa

IN

L I B. III.

qui est in pueris, reuelant omnia: balbutiunt, ac uacillant pedibus. immodicus enim potus extinguit sensus adeo, ut ipsi senes, quando inebriantur, fiant bis pueri, quemadmodum Plato scribit primo de legibus, ubi ebrietatem prohibet.

CVR TIGRES, LYNCESE ET PANTHERÆ CIRCA BACCHVM.

Quem circa Tigres, simulacraq; inania Lyncum Pictarumq; iacent fera corpora Pantherarum.

TIGRES, Lynces & Pantheræ finguntur comitari Bacchum propterea quod sunt aut appetentes uini, aut fera supra modum immanes. Ebrietatis enim comes est feritas et immanitas.

NAVÆ IN DELPHINOS.

Per mare fallaces, perq; omnia numina iurant.

FABVLA de nautis in Delphinos mutatis detestatur periurium, ac docet uiolatam iusiurandi regionem, à Deo grauissimè puniri. Delphini autem adeo gaudent hominum consuetudine, ut nauigijs obuiam ueniant, et exultantes alludant. Hæc de causa finguntur fuisse olim nautæ.

IN LIBRVM
QVARTVM.

BACCHVS

INTERPRETATIO

BACCHI CORNUA.

tibi, cum sine cornibus aetas

Virgineum caput est.

PLATO constituit ebrietatis quasi quosdam gradus: Qui bibit uinum (inquit) primo alacrior fit, quam prius erat. Deinde quo plus biberit, eo maiore spe est, et fortius de se sentit: Tandem quasi sapiens, ea confidentia, libertate, et audacia repletur, ut intrepide dicat ac faciat, quicquid uelit. Propter hos gradus Poetae attribuunt Baccho caput uirgineum & cornua, primum enim uino moderate sumpto homines efficiuntur quasi uirgines, hoc est, hilares & mansueti. immodice deinde sumpto efficiuntur bestiae: sumunt cornua, hoc est, ferociunt, iuxta uersiculum: tunc pauper cornua sumit.

LYCURGVS BACCHI
HOSTIS.

bipennisferumq; Lycurgum

Tu mactas.

LYCURGVS rex Thraciae, ut suos populos ab immani consuetudine perpotandi reduceret ad sobrietatem, interdixit eis usum uini, excisis etiam extirpatis uineis: sicut non multis ab hinc annis Bacchus filius Moscorum princeps fecit, interdicto usu cereuisiae propter eandem causam. Ideoq; fingitur Lycurgus (teste Plutarcho) contemptor & hostis Bacchi.

BACCHI

BAC

Bac

E

& insani

esse comit

gres et P

salaces, i

rismus di

furore co

D

Cogit

Decr

DE h

sententia

piscibus p

de Decr

ut referat

piscem:

nempe V

condisse e

cantis: a

deam sui

tem, & e

se uero p

stagnum,

causam &

L I B. III.

BACCHI COMITATVS EX SA
TYRIS ET VESANIS
MVLIERIBVS.

Bacchæ Satyriq; sequuntur.

EBRIETATEM comitatur quoq; libido
& insania: hac de causa Satyri et Bacchæ finguntur
esse comites ipsius Bacchi, non aliter atq; Lynces, Tia
gres et Pantheræ. Satyri enim perhibentur esse adeo
salaces, ut motus seu pruritus libidinis uulgò saty-
rismus dicatur: Et constat Bacchas fuisse mulieres
furore correptas.

DERCETIS IN PISCEM.

Cogitat & dubia est, de te Babylonia narret
Decreti &c.

DE hac fabula Diodorus Siculus scribit in hanc
sententiã: esse iuxta Afcalonẽ ciuitatem Syriæ stagnũ
piscibus plenum, ac propè stagnum insigne templum
deæ Dercetidis, eiusq; simulacrum sic effictum esse,
ut referat facie mulierem, reliqua parte corporis
piscem: Huius uerò causæ hanc narrari fabulam.
nempe Venerem aliquando obuiam deæ factam, aca
cendisse eam amore formosi adolescentis, sibi sacrifi-
cantis: atq; ex eorum concubitu filiam natam esse.
deam sui erroris pudore ductam, amouisse adolescen-
tem, & exposuiss: filiam in loco deserto & saxoso,
se uerò pudore & dolore compulsam abiectam in
stagnum, atq; ibi in piscem esse conuersam. Hanc ob-
causam & Syrios abstinere piscibus illius stagni, ut
qui

A CCH

I N T E R P R E T A T I O

qui pro dijs habeantur. Hæc Diodorus. ex quibus manifestum est, esse illam Ascalonitarum deam, quæ in sacris literis Dagon appellatur. Nam et diuus Heronimus asserit, Dagon dici piscem mæroris. Eadem dicta est Atergatis lingua Syriaca, quasi sine piscibus, ut Athenæus autor est, propterea quod abstinentia piscium colebatur.

S E M I R A M I S I N C O L U M B A M .

An magis ut sumptis illius filia pennis.

S E M I R A M I S Assyriorum regina, fertur nutrita à columbis, unde & Syriaca lingua nomen Semiramidis, hoc est, columbæ ei inditum fuit. nam cum esset à matre exposita in loco deserto (ut idem Diodorus scribit) columbæ infantem alis confouerunt & coagulato lacte ex pastorum mapalibus surrepta nutriuerunt; in cuius rei memoriam, Babylonij columba, ut Romani aquila, usi sunt. Hæc igitur occasione conficta est fabula de Semiramidis transformatione in columbam. Fuisse autem columbam insignem Babyloniorum, patet ex Hieremia propheta, qui ubi prædicit Babylonios uastaturos Iudeam, fugit inquit, à facie gladii columbæ.

P Y R A M V S E T T H I S B E .

Pyramus & Thisbe, quorum pulcherrimus alter

E X E M P L V M Pyrami ac Thisbes, docet qualem uitæ exitum fortiantur, nempe tristem et infelicem

foelicem, quæ anteferuntur animi affectuum quam exco infœlicium siones: nuntelligat, exoptat affectu doloris ex quibus offorem, quam precatur, loris. Eius res inanimatitatis, ac

M

A L I

Plutarchus fert ad carali quadam in quorum iuncta: Sol accessit ad mores. scortatorum

L I B. IIII.

felicem, qui illicitos suos amores caritati parentum
 anteferunt; idq; exemplum quo fit illustrius, ac iuue-
 num animis inculcetur. poëta fabulam exornat tantæ
 affectuum & figurarum suauitate, uix ut possit quicquam
 excogitari suauius. Inserit miserabiles querelas
 infœlicium amantium, & crebras sermonis conuer-
 siones: nunc ad parietem, cum quo, perinde quasi in-
 telligat, expostulant: nunc ad seras à quibus alter
 optat afferri sibi interitum propter magnitudinem
 doloris ex alterius nece accepti: nunc ad parentes, à
 quibus officium sepeliendi flagitatur: nunc ad arbo-
 rem, quam Thysbe alloquitur iam iam moritura, &
 precatur, ut perpetuò seruet gemini monumenta do-
 loris. Eiusmodi siquidem conuersiones, præsertim ad
 res inanimatas, sunt haud mediocre condimentum su-
 uitatis, ac mirificè afficiunt animum lectoris.

*De Pan-
te.*

H.

MARTIS ET VENERIS
 ADULTERIVM.

ALLEGORIAM huius fabulæ exponit
 Plutarchus in libello de audienda Poëtica: eamq; res
 fert ad causas Astrologicas. Scribit enim eos natu-
 rali quadam inclinatione ad adulteria propensos esse,
 in quorum natiuitate existat Venus cum Marte con-
 iuncta: eorumq; adulteria minimè occulta fore, si
 Sol accesserit. Potest etiam accommodari allegoria
 ad mores. Sunt enim bellatores plerumq; adulteri &
 sortatores. Nec illud caret ratione Physica, quòd

ad mures.

E Venus

INTERPRETATIO

Venus & Mars fingunt se mutuo amare. *Mars enim, cuius stella ignea est, significat calorem, et Venus humorem temperatum, e quibus duobus confertur generatio. Neptunus autem ligatos soluit: nam aqua contrarium igni elementum, extinguit calorem.*

RHODOS AMATA A

SOLE.

Nec te Clymenęq; Rhodosq; .

IN Rhodo Insula ferunt esse tantam serenitatem cęli, ut nunquam non aliqua parte diei Sol conspicitur. Hinc fingitur Rhodos amata a Sole, perinde ac si quis fingat Prusiam a Borea amari, eo quod Boreas ferę perpetuo in hac regione spirat.

LEVCOTHOE IN VIRGAM

THVREAM.

Virgaq; per glebas sensim radicibus actis.

ARBOR Thurifera eadem ratione fingitur amata ab Apolline seu Sole, qua Laurus, videlicet quod gaudeat locis maximę apricis, & ferat fructus ad salutaria remedia utiles.

CLYTIE IN HELIOTRO-

PIVM.

DESCRIBIT hac Metamorphosi natura Heliotropij, in qua herba tantus est amor Solis, ut e ipso circumagatur, & quocunq; se uerit Sol, eadem flectat cacumen: noctu etiam tanquam desiderium Solis contrahat florem. Huius herbę similes sunt alię

Dr. aut. h. n. 159m h. b. n. Hel. Heliotropij o.

fici G
ad uol
tes :
ipforu

sto p
indica
C
Solen
tores
dos C

B
A
mulie
fabul

T
C
tur,
est e
igne
li

marc. M
lorem, et V
uobus confi
uit: nam aq
calorem.

A

tam serenit
e diei Sol co
à Sole, peri
mari, eo qu
irat.

R G A M

s actis.
tione fingit
us, uidelic
ferat fructu

R O

hosi natura
r Solis, ut c
rit Sol, eo
am desider
ales sunt ca
li

L I B. IIII.

lici Gnatones, qui se in omnibus rebus accommodant
ad uoluntatem regum, nihil nisi ad gratiam loquens
tes: & quocunq; illorum inclinatur animus, eodem
ipsorum quoq; mentes inclinant ac propendent.

DAPHNIS IDÆVS IN
SAXVM.

Vulgatos taceo, dixit, pastoris amores
Daphnis Idæi.

Hic uidetur in Saxum mutatus, eo quod hau
sto poculo amatorio, fuerit oppressus stupore: idq;
indicari his uerbis: Quem Nymphæ pellicis ira

Contulit in saxum: tantus dolor urit amantes.
Solent enim amantes iratæ, hoc modo ulcisci desera
tores amoris, ut reddant eiusmodi poculo eos stupa
dos & quasi saxeos.

SCYTHON AMBIGVVS.

Nec loquar, ut quondam naturæ iure nouato
Ambiguus fuerit modo uir modo foemina Scytho.

INTERDV M ita mutari sexum, ut uir ex
muliere, & mulier ex uiro fiat, supra dictum est in
fabula Tiresiæ.

DE CELMO.

Te quoq; nunc Adamas, quondam fidsime paruo
Celmæ Ioui.

CELMVS in Adamantem conuersus fingit
tur, forte propter animi duriciem aut fortitudinem. *Quam
hui duriciem
est enim Adamas lapis omnium durissimus, qui neq;
igne neq; ferro molliatur.* *at fortitudo
simo.*

E 2

De Cus

INTERPRETATIO
DE CVRETIBVS.

largoq; sator Curetas ab imbri.

CVRETES, qui & Coribantes dicti sunt, finguntur nati ab imbribus, propter gentemhi, strio-
nibus, scurris & morionibus affluentem. Nam uulgo
dicimus, illic pluuisse fatuis, ubi stultorum magnus est
numerus. fuisse autem illos homines stolidos, et scura-
riles, indicant ipsorum nomina. Dicti sunt enim Cu-
retes, teste Strabone, ἀπὸ τῆς κουρέας, à tonsura cas-
pillorum, quod essent more fatuorum detonsi. Item
Corybantes, à κουρέσιν, quod est caput saltando
iactare, saltantes enim mouebant tintinabula, & ita
ctabant caput, sicut histriones & fatui solent. Ho-
rum opera Iupiter fertur educatus: qua de causa
etiam histriones, scurræ, & moriones in tanta sunt
gratia apud reges ac principes, ut sepe habeantur
intimi, ceterisq; omnibus præferantur.

DE CROCO ET SMILACE.

Et Crocon in paruos uersum cum Smilace flores.

SICVT Lycæonis, Daphnes, Cygni, et Ny-
ctimenes, ita Croci & Smilacis fabula ex similitudi-
ne nominum conficta est. Fingitur autem Crocus sus-
isse adolescens, cuius amore cum Smilax puella esset
incensa, neq; frui posset, ipsa in florem sui nominis
conuersa est, id quod etiam Croco accidit.

SALMACIS FONS.

Vnde sit infamis, quare male fortibus undis
Salmacis eneruet.

HERO

L I B. III.

HERMAPHRODITVM fingunt Mer-

curij et Veneris filiū, eò quòd stella Mercurij ob quas-
 litates, quibus præest, mediæ naturæ putatur. Nam cū
 aliæ stellæ ab Astrologis dicantur masculinæ, pro-
 pter maius robur, quo calorem excitant: alij uerò foe-
 minæ propter debiliores uires, & naturam humidi,
 cui dominantur. Mercurij stella nunc humidum ab-
 unde excitat pro situ & motu suo, sicut Iouianus
 Pontanus docet de rebus cœlestibus. Porro Salmacis
 dis Nymphæ fabula non tam ad uicium aquæ, quam
 ad incertiam & sediciosum ocium, quo uires humani
 eneruantur, referenda est. Erant enim Cares, qui eo
 loco habitabant, homines desidie & luxuriæ pleni,
 ac sedis dediti libidinibus: unde & Hermaphroditum
 uulgo appellabantur. Nam Hermaphroditus dicitur
 non solum qui utrunq; habet membrum, tam uirile
 quam muliebri: sed etiam qui utranq; uenerem excers-
 cet. In eam ferè sententiam & Strabo exponit hanc
 fabulam libro 14. ubi sic inquit: Salmacis fons nescio
 quam ob causam infamis, tanquam molliens eos qui
 inde biberint. Hominum enim mollicies uidetur non
 ab aëre uel ab aqua causam trahere, cum ea minimè
 sit causa molliciei: Sed diuitiæ & uictus & inconti-
 nentia. Atq; hæc Strabonis descriptio omninò conue-
 niens & accommodata est descriptioni Ouidianæ.
 Describitur enim primum ab Ouidio locus deliciarū
 ac uoluptatis, nempe: Stagnum lucentis adimū.
Usq; solum lymphæ; non illic canna palustris,

E 3

Nec

HERO

INTERPRETATIO

Nec steriles uluæ, nec acuta cuspide iunci:
 Perspicuus liquor est: stagni tamen ultima uiuio
 Cespite cinguntur, semperq; uirentibus herbis.
 Deinde describitur Nympha inertissimo ocio &
 amoribus dedita:

Nympha colit, sed nec uenatibus apta, nec arcu
 Electere quæ soleat, nec quæ contendere cursu:
 Solaq; Naiadum celeri non nota Dianæ.
 Sæpe suas illi, fama est dixisse sorores,
 Salmaci uel iaculum, nec pictas sume pharetras
 Et tua cum duris uenatibus ocia misce.
 Nec iaculum sumit, nec pictas illa pharetras,
 Nec sua cum duris uenatibus ocia miscet.
 Sed modo fonte suo formosos perluit artus:
 Sæpe Cythoriaco deducit pectine crines:
 Et quid se deceat, spectatas consulit undas
 Nunc perlucenti circumdata corpus amictu,
 Mollibus aut folijs, aut mollibus incubat herbis,
 Sæpe legit flores, & tunc quoq; forte legebat,
 Cum puerum uidit, uisumq; optauit habere.
 Nec tamen ante adijt, & si properabat adire
 Quàm se composuit: quàm circumspexit amictu
 Et finxit uultum, & meruit formosa uideri.

Etenim hæc omnia mollium & luxuriosorum homi
 num propria sunt, sequi ocium, pectere capillos, festi
 ad speculum intueri, & illo docente uultum compo
 nere. Amor siquidem ociosa res est, & quemadmo
 dum ait Menander, amat specula & flauas comæ tin
 cturas: fugit labores.

Ad homi
 nos

Leda
 nifos
 et milles

Egoc

Egoc
 Quæ
 Quæ
 M

OM
 gione alien
 uacandum
 festi destim
 quamuis fi
 ne festis d
 dent opera
 sint sacris
 precibus E
 unam con
 uertuntur
 tur Vesper
 ut Vesper
 cecitate &

Et tres
 PE
 ram, que
 riam diuis
 canis deu

DE

LIB. III.

Ἔρωε γὰρ ἀργὸν κατὰ τοῖς ἔργοις ἔφυ
 φυλῆ κάτοπιζα, καὶ κόμης ξαβίσματα,
 φέυγει δ' ἐμόχθουε.

MINEIDES IN VESPER-
TILIONES.

OMNIBVS gentibus, etiam à uera religione alienis, semper persuasum fuit, diebus festis esse uacandum rebus non profanis, sed diuinis. Dies enim festi destinati sunt diuino cultui. Hoc igitur exemplo quamuis ficto, pueri deterrendi et admonendi sunt, ne festis diebus negligent rem diuinam: ne lusionibus dent operam, sed ut ingrediantur templum, et intersint sacris concionibus, suasque preces coniungant cum precibus Ecclesiæ. Ipse enim Mineides, dum rem diuinam contemnunt, dum recitant domi fabulas, conuertuntur in Vespertiliones. Rectè autem assimulantur Vespertilionibus contemptores religionis. Nam ut Vespertiliones in tenebris uolitant, ita impij etiam cecitate et impetu seruntur.

CERBERVS.

tria Cerberus extulit ora,

Et tres latratus simul edidit.

PER Cerberum tricipitem intelligunt terram, quæ et secundum ueteres Geographos trifariam diuisa est, et defunctorum corpora tanquam canis deuorat.

DE POENIS INFERORVM.

E 4

Viscera

*De his qui
 Eccliam
 et religio
 nom de se
 runt et
 similes are
 Vespertilionibus*

I N T E R P R E T A T I O

Viscera prebebat Tityus lanianda, nouemq;
lugeribus distractus erat,

*De penis
Inferni.* HÆ fabula de Inferorum poenis admonen-

piè ac honestè hic uiuendum esse: post mortem enim
restare & bonis præmia, & sceleratis poenas gra-
uissimas. Genera uerò suppliciorum, quæ hic descri-
buntur, etiam allegoricè ad perturbaciones animo-
rum referri possunt: Titij iecur à uulture exesum &
renascens, ad odium quod nunquam tolli potest. Ta-
tali fames ad auariciam. Ixionis rota ad homines in
Republica irrequietos. Sysiphi saxum ad laboriosum
& miseram ambitionem. Belidum effluentes aquæ ad
inexplebilem animi cupiditatem. Sic Lucretius ex-
ponit poenam quam Sysiphus & Belides sustinent.

Sysiphus in uita quoq; nobis ante oculos est,

Qui petere à populo fascēs, sauosq; securēs
imbibit, & semper uictus tristisq; recedit.

Nam petere imperium quod inane est, nec datur

Atq; in eo semper, durū sufferre laborem, (uni-

Hoc est aduerso nixantem trudere monte

Saxum, quod tandem summo iam uertice rursum

Voluitur, & plani raptim petit æquora campi.

Deinde animi ingrati naturam pascere semper

Atq; explere bonis rebus faciareq; nunquam

Quod faciunt nobis annorum tempora, circum-

Cum redeunt, foetusq; ferunt, uariosq; lepore

Nec tamen explemur uitæ fructibus unquam

Hoc ut opinor, id est, æuo florente puellas

Quo

Quod n

Quod

Nec mo

Import

M

Portis, sed

nempe quo

ab inferis:

rem, insan

pites in sce

Deniq; qu

ardentibus

tissimè &

sapientissim

sas human

ruunt. Sunt

tates, seu c

se, quibus

tionem, ca

ad alia atr

id quod ip

indita sur

emulation

cædis seu

& parric

citæ sedit

commotio

L I B. IIII.

Quod memorant laticē pertusum cōgerere in uas
Quod tamen expleri nulla ratione potestur.

D E F V R I I S.

N: c mora, Tisiphone madefactam sanguine sumit
importuna facem.

M V L T A quidem scitè excogitata sunt à
Poetis, sed haud scio an quicquā hoc figmento aptius,
nempe quomodo Furie commota ira Dei euocentur
ab inferis: quomodo secum trahant luctum, timo-
rem, insaniam: quomodo item agant homines prae-
pites in scelus, iniecto illis serpente, et infuso uencno.
Deniq; quomodo flagellis insectentur facinorosos, et
ardentibus facibus eos agitent. Hæc enim omnia ap-
tissimè & grauissimè excogitata sunt ab hominibus
sapientissimis, qui magnitudinem iræ diuinæ, & cau-
sas humanarum calamitatum diligenter considera-
runt. Sunt autem furie nihil aliud nisi prauæ cupidi-
tates, seu commotiones animorū à recta ratione auera-
sæ, quibus impelluntur hi ad odium, inuidiam, ambis-
tionem, cædem: illi ad stupra, adulteria, incestus: alij
ad alia atrocias & nefaria flagitia, incitati à diabolo:
id quod ipsa nomina declarant, quæ ab effectu furij
indita sunt. Μεγᾱλῆα enim significat inuidiam &
emulationem: hæc odia incitat. Τισιφόνυ, ultionem
cædis seu cupiditatem uindictæ: hæc efficit homicidas
& parricidas. ἀδύκτω, irrequieta dicitur: hæc consi-
tat seditiones & discordias. Tales uerò impetus seu
commotiones animorum adducunt luctum, pauorem,

*De Furij
quibus
libus*

*De Nomi-
nibus
suarum.*

INTERPRETATIO

terrorem, insaniam: conijciunt enim homines in mis-
 serias & calamitates luctuosas: incutiunt animi hor-
 rorem & metum: adigunt ad insaniam: Deinde ser-
 pentes, flagella, & faces furiarum, sunt anxietates et
 cruciatus conscientiae. Ideo enim Ovidius de morsu
 istorum serpentum ita inquit:

Inspirantq; graues animos, nec uulnera membris
 Vlla ferunt: mens est quae diros sentiat ictus.

His conscientiae tormentis furiae tanquam quae
 sitores & carnifices scelera scrutantur: nam etiam si
 leges & iura in facinorosos non animaduertant,
 nemo illorum scelera uiderit, adest tamen ipsa con-
 scientia, quae illos urget, insectatur, accusat & in
 iudicium rapit: Sicuti testatur Iuuenalis, cum in-
 quit:

Exemplo quodcumq; malo committitur, ipsi
 Displicet auctori: prima est haec ultio, quod se-
 iudice nemo nocens absoluitur: improba quamuis
 Gratia fallacis praetoris uicerit urnam.

Extant apud Plutarchum de sera numinis
 uindicta, memorabilia exempla, quomodo facinorosi
 affligantur conscientia, quomodo spectris & som-
 nijs terrentur. Porro in hac descriptione Ouidiana
 consideranda est mirifica illa uenenorum permixtio
 à furijs apud inferos coacta, qua animi perfundun-
 tur, nempe ex spuma Cerberi, ex uagis erroribus, ex
 obliuione mentis, scelere, lacrymis, rabie, & cupidita-
 te cedis. Haec enim sunt uenena, quibus infecti de sa-
 nitate & mente deturbantur.

IRIS

IR

Roratis b

IRIS

onis filia: N

sancti pat

ignum iudi

eruleus sig

purpureus u

destructio

Philoso p

ina materia c

aus singula

non factio

ratione.

V

Si tamen

V

φροδ'ιτκ

Aristotele,

nosam.

CA

CA

suorum cal

monia uxo

lio lateret,

L I B. III.
IRIS THAUMANTIS
FILIA.

quam coelum intrare parantem
Roratis lustravit aquis Thaumantias iris.

IRIS dicitur Thaumantis, hoc est, admirati-
onis filia: Nullum est enim Meteoron admirabilius:
sancti patres ita admirati sunt, ut dixerint, esse
ignem iudicij diuini et prateriti et futuri: Color
uamque ceruleus significat mundum semel aquis peris-
se, etiam si uerò significat uenturam esse aliam mun-
di destructionem, scilicet, per ignem. Et docti uiri
Philosophia fatentur non posse sufficientes causas
sat et in materia ostendi, cur talis fiat arcus. Quare scia-
mus, cum in singulare opus Dei esse, conditum, ut sit com-
monefactio de diluuiio, et de uentura mundi conflag-
ratione.

VENVS MARI ORTA.

Si tamen in medio quondam concreta profundo.

VENVS à Poëtis Græcis nominatur
αφεσδ'ιτη: Ac fingitur orta è spuma maris, teste
Aristotele, propter naturam seminis αφεσδ'η, spu-
e somnosam.

CADMVS IN SERPEN-
TEM.

CADMVS ad extremum, post infinitas
calamitates, regno eiectus, una cum Har-
monia uxore in Illyricum profugit, ubi cum in exi-
lio lateret, ac tanquam serpens in latebris abscondi-

IRIS

*De Mundo
Cemiter.
et supposito*

De Venere

tus

INTERPRETATIO

tus in opem uitam ageret, et homo politicus se accom-
modaret ad leges et mores barbarorum, quibus cum
uersabatur, praebeuit occasionem fabulae de se mutatae
in serpentem, propter hanc uitae mutationem et Illy-
ricae gentis naturam. Dicuntur enim ueteres Illyrici
habuisse binas singulis oculis pupillas, et acerrimam
oculorum aciem, instar Draconum, qua irati, ut Ge-
lius testis est, interimebant, si quem diu intuebantur.

DANAË.

Persea quem Pluuio Danae conceperat auro.

De hunc

IMBER aureus, quo Iupiter Danaen turre
aenea inclusam elusit, docet nihil esse tam firmum
tam communitum, nihilque tam diligenter custodi-
quod non possit expugnari auro.

DE PERSEO IOVIS ET DANAË
FILIO.

generis mihi Iuppiter autor.

De bellu

PERSEVS habitus est Iouis filius propter
varam foelicitatem. Gessit enim multas res memo-
rabiles. Suscepit expeditionem aduersus Gorgo-
num gentem, cuius regina erat Medusa: intulit inde
bellum Mauritaniae: Decertauit armis cum Aethio-
pibus, apud quos et nuptias celebravit cum Andro-
meda Cephei regis filia. Postea reuersus in Graeciam
occupauit regnum Argiuorum deuicto Praeto, suo
patruo, et Polydecte Insulae Seriphi regulo, à quibus
multis iniurijs erat affectus, Ad extremum constituit
in Helicone ludum literarium: quo beneficio tantum

confer-

consecutus
ticis usq; in
tus sit. Tant
te, et uersut
pladij Merc
instructus: n
alliditatem
eus Pallad
erò Medusa
axa, signifi
Perseus pot
it. Nam in
ens habitab
is terrarum
m saxifici e
dimeni, cui
egasus equ
no fons Me
it in signe i
ma significa
num regim
A T
Id metuen
Montibu
A I
Arborea
nificat cop
Atlantem

L I B. IIII.

consecutus est celebritatem, ut à Poëtis & Mathematicis usq; in coelum euectus, & inter Sydera collocatus sit. Tantas autem res confecit incredibili celeritate, et uersutia ingenij. Ideoq; fingitur talaribus & gladij Mercurij, galea Orci, & clypeo Palladis fuisse instructus: nam talaria celeritatem, gladius Mercurij ualiditatem, galea Orci consilium tectum, & Clypeus Palladis raram foelicitatem significat. Per caput uero Medusæ, cuius aspectu omnes conuertebantur in saxa, significantur immense Gorgonum opes, quibus Perseus potitus, omnes quos bello adortus est, subegit. Nam in insulis occidentalibus ubi Gorgonum gens habitabat, olim fuerunt maxime opes totius orbis terrarum teste Platone. Nonnulli referunt fabulam saxifici capitis ad admirandam Medusæ pulchritudinem, cuius aspectu omnes in stuporem sint uersi. Pegasus equus elatus ex sanguine Medusæ natus, & fons Musarum in Helicone fingitur apertus, quo insigne ipsius Persei, quo illustris & peruagata significatur, quam consecutus est ociosa Gorgonum regina.

ATLAS IN MONTEM.

Id metuens solidis pomaria clauserat Atlas
Montibus.

AL TANTIS Pomaria in quo

Arboræ frondes auro radiante nitentes,
significat copiam auri, quo Mauritania abundat circa
Atlantem montem unde effoditur. Ad spoliandū
hoc

*De ripis
in diu*

*De auri
ubi effoditur*

I N T E R P R E T A T I O

hoc Pomarium, hoc est, rapiendum aurum, Perseo
 illuc nauigauit: Sicut Carolus Imperator hoc tem
 re Indiano spoliavit per Hispanos, magna copia au
 ex Chryseis insulis ablata. Atlantem uerò Mauri
 nie regem tradunt Poëtae in montem illum altissim
 esse conuersum, propterea quòd fuit à Perseo ist
 depulsus. Ferunt eundem fuisse Mathematicum perit
 sinum & inuentorem Sphære. Quare etiam fing
 tur cœlum humeris sustinere, cum propter inua
 tionem Sphære, tum propter altitudinem monti
 quem incolæ uocant columnam cœli.

A N D R O M E D E C E T O
 E X P O S I T A .

CREDIBILE est Andromedem ex
 genti aliqua calamitate ereptam et marinam bellu
 à Perseo interfectam esse, nam & Pompeius M
 in descriptione Syriæ meminit huius belluæ.

D E C O R A L I O .

Nunc quoq; Coralijs eadem natura remansit.

CORALIVM teste Plinio nascitur in
 gna copia in Orcadibus insulis. He autem olim in
 bitabantur Gorgonum gente: ideoq; ex à uirg
 Meduse capiti suppositis coraliū esse natum po
 fabulantur. Et dicitur Coraliū à κόρη & ἄλλο
 est, pupilla Maris.

G O R G O N E S .

Gorgoneas tetigisse domos passimq; per agro

AD
 goria, si pe
 llecebræ
 illos uerò r
 & gladio
 es. Sic Er
 hanc alicub
 ME
 Hanc E
 CR
 infamiam,
 iudicia.

IN
 CEE
 Inq; rep
 TV
 cet, com
 agodias t
 xperies fr
 exemplum
 antus sit
 edes fiant
 in

AD MORES ita accommodari potest allegoria, si per Gorgonas intelligantur uoluptates & allecbræ, quibus stulti quasi in saxa conuertuntur. Illos uerò non facile interimunt, qui ægide Palladis & gladio Mercurij sunt instructi, hoc est, prudentes. Sic Erasmus Roterodamus, ni fallor, allegoriam hanc alicubi accommodat.

Dr. Mercurius

MEDUSÆ CAPILLI IN
SEPENTES.

Hanc Pelagi rector templo uiciasse Mineruæ.

Dr. Jansen

CRINES mutari in serpentes, significant infamiam, qua illustres fœminæ deformantur, amissa pudicitia.

Dr. Jansen

IN LIBRVM
QVINTVM.

CEPHENI PERSEVM OP
PVGNANTES.

Inq; repentinos conuiuia uersa tumultus.

TVMVLTVS & pugna Cephenorum docet, conuiuia & perpotationes sepe in bellorum agordias uerti; motisq; armis in partes abstrahi, expertes frustra belli & neutra arma secutos, sicut templum Idæ in hac pugna testatur, item docet, quantus sit furor tumultuantium, quam indigna sedes fiant, ubi

indomitas ardescit uulgus in iras.

Quippe

INTERPRETATIO

Quippe omni discrimine sacri & prophani re-
moto, trucidantur innocentissimi quique etiam qui
abstinere, sacerdotes, musici, senes.

Alphitus albenti uelatus tempora nitta

113

Tu quoque lapetide non hos adhibendus ad usus,
Sed qui pacis opus Citharam cum uoce moueres.
Iussus eras celebrare dapes festumque canendo.

Quæ procul astantem plestrumque imbellem tenentem

Patalus irridens, Stygijs cane cætera dixit

Manibus, et leuo mucronem tempore fixit.

In periculis autem Heroës proteguntur diuinitus:
quod ut Poëta significaret, finxit Persea consuetudinem
gentem contra tantam hostium multitudinem, protegi
regi diuino Chypeo

Bellica Pallas adest, et protegit agide fratrem

Datque animos.

Adhæc, qualis plerumque sit exitus belli iniuste
suscepti, cuiusque autores ad quam necessitatem adigantur,
declarat ipse Phineus belli temerarius autor, cui inquit:

Non cessasse, piget: nihil o fortissime præter

Hanc animam concede mihi: tua cætera sunt.

PIERI NOVEN FILIÆ

IN PICAS.

PICÆ aues sunt garrule quidem, sed minus canore.
Per has intelliguntur uersificatores et literatores inepti
et arrogantes, qui sese iactant ostentatione ingenij,
atque odiose obstrepunt doctis

*De pias
et de huius
in
stantibus or.*

bus: quemad-
modum. Tales oli-
uianes, Thym-
odo, Pinda-
um. Talis et
pris & spur-
erodamum, u-
Plutarchu
didisse Poëma
lius filias in-
es, ut non du-
si enim illa
em, sed par-
are uidetur
Bella can-
Ponit, &
Ver-
qui dant ope
omnem inge-
conferant ad
tutem: non a-
mias. Nam
catur & à I-
bet: alioqu
ethereis (ut
uenit. Et e-
uisque, filie, e-
studia diuin-
rib

O
 ni re
 qui are
 usus,
 ouere
 do.
 nentem
 it
 xit.
 diuin
 a consi
 m, pr
 fratre
 i inuis
 adiga
 tor, cu
 eter
 sunt
 E
 sed mi
 ores
 e iact
 docti
 rib

bue: quemadmodum Pieri et Euippes filia hic faci
 ent. Tales olim fuerunt Zoilus, Cercops, Amphi
 anes, Thymocreon, & Bauus, qui Homero, He
 odo, Pindaro, Simonidi & Virgilio obstrepue
 runt. Talis etiã fuit Doletus nostro tempore, qui in
 ptis & spurcis uersibus exagitauit Erasuum Ro
 erodamum, uirum de literis optime meritum.

Plutarchus in libro de Musica refert Pierum cen
 didisse Poëmata de Musis. Hec poemata, opinor per
 illius filias intelligit, quas aiunt fuisse adco arrogan
 tes, ut non dubitarent prouocare Musas. Credibile
 est enim illa ipsa poemata fuisse non ignobilia qui
 em, sed parum religiosa. Id quod non obscure indi
 are uidetur Poëta, cum inquit:

Bella canit superum, falsoq; in honore Gigantes
 Ponit, & extenuat magnorum facta Deorum.

Verum hac fabula admonentur adolescentes,
 qui dant operam literis, ac presertim Poëtica, ut
 omnem ingenij uim, omnem scribendi facultatem
 conferant ad religionem, pietatem, honestatem, uir
 tutem: non ad scurrilitatem, obreftationem, blasphe
 mias. Nam spiritus poeticus, quoniam diuinus uo
 catur & à Deo est, circa res Deo gratas uersari de
 bet: alioqui non sacer, sed profanus est motus, nec
 aethereis (ut Ouidius inquit) sed inferni sedibus ille
 inuenit. Et eam ob causam Musæ finguntur deæ Io
 nisq; filia, & celebrare laudes diuinas, quod harum
 studia diuinitus inuenta, debent coli potissimum cau

Dr. Indivisus

INTERPRETATIO
sa religionis, ut coelestis doctrina conseruetur atque
propagetur.

MVSÆ ALIS SVMPPTIS PYRENEI VIM EFFV-
GIVNT.

Virgineumq; Heliconæ petit &c.

MVSÆ παρὰ τὸ μῶσα, ab inquirendo dictæ sunt: Artes enim literarum inquireunt, bonæ utilia, & quæ ab indoctis ignorantur. Eæ perhibentur & uirgines, eò quòd studiosi literarum debent esse modesti, & ab omni obscœnitate alieni. Virgines autem uirgines obnoxie sunt iniurie, ita & artes literarum, præsertim belli temporibus. Musæ itaque expetunt imprimis pacem.

Et gratam sortem, tutæ modo finis, habemus.

Porro fabula docet, literarum studia esse Deo curæ: nam alæ quibus Musæ effugiunt, diuinum significant præsidium, quo literarum studia mirabiliter conseruantur: Sic nostro tempore, bellis in Saxonia exortis, Musæ alas adeptæ, Viteberga & Lipsiæ auolabant: nec tamen interierunt, sed beneficio Deo conseruatæ sunt, suasq; sedes recuperarunt.

PYRENEI SCELVS

DEVASTATA Phocensium regione

Pyreneus rex Thraciæ vim Musis attulit, hoc est, domicilia literarum eurtit: dumq; illas fugientes à sublimi loco persequeretur, decidit præceps, et discusso capite interijt. Detestatur fabula tyrannos honestis

De A. d. g. j.

H

De Musæ

honestis
tum.

DII

Dux

Nūc

H

ditione

tiunt &

sapiētia

leues &

delectan

quacula

terruisse

ut præ f

eam, alii

ficta sun

animalia

litate,

quibus h

cula uid

mero pe

territos

budam

iuria: E

isse auto

Ve

honestis artibus insensos: ipsq; minatur similem exte-
tum.

DII IN ÆGYPTO CONVERSI
INVARIAS ANIMALI-
VM FIGURAS.

Duxq; gregis dixit fit Iuppiter, unde recuruis

Nūc quoq; formatus Libys est cū cornib: Hammon.

HOMINES graues, quō maiore ingenio, eru-
ditione & eloquentia præditi sunt, eō magis pie sen-
tiunt & eloquuntur de Deo: nimirum à quo omnis
sapiētia et ingenij uis proficiscitur. At cōtra homines
leues & garruli plerunq; sunt alieni à religione:
delectantur contumelijs in Deum, quales hic facit lo-
quacula Pieri filia, dum incesto ore canit, Gigantes
terraisse superos, & coëgisse ad tantam necessitatem,
ut præformidine induerint, alius arietem, alius uaca-
eam, alius Ibin. Hæc uerò contumeliosa in Deos con-
ficta sunt ex superstitione Ægyptiorum, apud quos
animalia, propter eam, quam hominibus afferunt uti-
litatem, diuinis honoribus colebantur. Greci enim
quibus hæc ipsa superstitio in cultu animalium ridi-
cula uidebatur, fabulati sunt, Deos cū adhuc nu-
mero pauci essent, in pietate & crudelitate hominum
territos, confugisse in Ægyptum: ibiq; similes se qui-
busdam animalibus finxisse, quō tutiores essent ab ini-
uria: Estq; credibile ipsum Pierum apud Grecos sua-
sse autorem huius fabulæ.

Verum ipse Hammon est Ham Noë filius, à

De Syria
libro

De Djs con-
uersis in
animalia
in Ægypto.

De homi-
nibus
quos in hi-

INTERPRETATIO

quo traxit originem Idolatria. Hunc serunt usum esse ornamento capitis referente cornua arietis: atq; inde ipsius idolum fuisse ita effectum: id quod etiam à ueritate non abhorret. Siquidem Ammonius historicus narrat regem Persarum, qui cū Imperatore Constantino bellum gessit, gestasse diadema instar capitis arietini, contextum gemmis. Omnes has fabulas Diodorus referet ad insignia regum ac Principum, qui apud Ægyptios promeruerunt honores diuinos.

*De sum-
mibus.*

MVSARVM CANTILENA.

Calliope querulas pertentat pollice chordas,
Atq; ita percussis subiungit carmina neruis.

CALLIOPE nomen habet à canora uoce α πό το κάλλος τις όπθ. Huic datur à Musis summa certaminis, ut que canendi suauitate præstet cæteris: estq; suauissima eius cantilena, ac longè dissimilis superiori. Nam ratione decori superior est horridior & insuauior. Celebrantur autem hac Cantilena laudes diuinæ, quas Pieri filia imminuit: in quibus ornandis duo potissimum prædicantur: alterum quod diuino beneficio ciuilibus hominum uita excolta sit uictu & legibus.

Prima Ceres unco glebam dimouit aratro,

Prima dedit fruges alimenta q; mitia terris,

Prima dedit leges.

alterum, quod hostes nominis diuini eterno supplicio constringantur.

Vasta

Vast

Tri

Zet

T

I

tes qui s

montibu

quod est

mium d

ritum in

te exitu

obnoxia

Typhoe

tes, esse

Cui t

triparti

ce, quo

esse sub

I

P

significa

ritate

Cereris

Proserp

L I B. V.

Vasta Giganteis ingesta est insula membris
 Trinacris, & magnis subiectum molibus urget
 Æthereas ausum sperare Typhoea sedes.

TYPHOEVS SVB ÆTNA
IACENS.

PER Typhoea intelligantur halitus arden-
 tes qui sunt causa incendij in Ætina & alijs Silicia
 montibus: dictus est enim Typhoeus, à τυφομαί,
 quod est fumo. Ac quoniam illi halitus si quando ni-
 mium densantur, ac sine exitu uoluntur, sua ui spi-
 ritum intendunt: Spiritu autem luctante et querens
 te exitum, terra concutitur, Hinc & Sicilia crebris
 obnoxia est terræ motibus. Poëta fingunt Gigantem
 Typhoea reluctantem & conantem dimouere mon-
 tes, esse causam terræ motus.

*De Legan
 tibus*

PLVTONIS REGNVM
TERRANEVM.

Cui triplicis cessit fortuna nouissima mundi.

CVM filij Saturni paterna bona diuisissent
 tripartito, Plutoni sorte obtigerunt fodina metalli-
 cæ, quod Poëta respicientes, fingunt ipsius regnum
 esse subterraneum.

*De Plu-
 ton.
 Libera
 ane.*

RAPTVS PROSERPINÆ.

PROSERPINA fecunditatem feminam
 significat. Hæc cum aliquando defuisset, ac terra ste-
 rilitate quasi mœreret, Poëta fabulati sunt filiam
 Cereris, id est, fecunditatem, que à proserpendo
 Proserpina esset dicta, raptam apud inferos detineri:

INTERPRETATIO

Id quod indicat Ouidius, cum loquitur de Cerere sic
 U. m. querente & inquit :

Nescit adhuc ubi sit: terras tamen increpat omnes

Ingratasq; uocat, nec frugum munere dignas :

De quod dicitur
Cerere Proserpina
si na no chm
 Trinacriam ante alias, in qua uestigia damni

Repperit : ergo illic seua uertentia glebas

Fregit aratra manu : pariliq; irata colonos

Ruricolasq; boues letho dedit: aruaq; iussit

Fallere depositum uiciataq; semina fecit.

Fertilitas terrae latum uulgata per orbem

Sparsa iacet, primis segetes moriuntur in herbis,

Et modo Sol nimius, nimius modo corripit imber

Sideraq;, uentiq; nocent, auidaq; uolucres

Semina iacta legunt : lolium tribuliq; fatigant

Triticeas messes, & inexpugnabile gramen.

Fingitur autem Proserpina apud Siculos nas

ta propter insulae fertilitatem. Est enim Sicilia fru-

mento adeo foecunda, teste Plinio, ut multis in locis

semen in centuplum reddat. Traditur item, postquam

rapta est, sex menses apud Plutonem ac totidē apud

superos manere, eo quod semen terrae cultae iniectum

hyemis tempore sub terra est, aestatis uero tempore

rursus prosperit & excrescit. In hanc sermē senten-

tiam Velleius apud Ciceronem de natura Deorum

fabulam exponit, ubi sic inquit : Proserpinam, quae

Persephone graece nominatur, semen frugum esse uo-

lunt, matrem autem esse terram, quae a gerendis fru-

gibus Cerēs quasi gerēs nominatur. Rapta item

fingitur

De pro
serpina
ambone
te.

fingitur
 pter sing
 propter s
 cul abest.

sus penet
 stagnum
 magno in
 hiatu.

C
 F
 qui aut c
 Siculi ap
 commisce

duobus m
 P
 IN

Cerere m
 malis, q
 nam cum
 inuidens

comitale
 nor paru
 certa. es

maior. L
 Cont

A

L I B. V.

fingitur Proserpina ex E nensium nemore , & pro-
 pter singularem amœnitatem ferilitatemq; loci : &
 propter speluncam infinita altitudine , quæ non pro-
 cul abest , unde Pluto dicitur repente extitisse ac rur-
 sus penetrasse sub terras non longè à Syracusis , ubi
 stagnum Palicorum aliq; lacus asidue feruentes ,
 magno impetu emergunt & mox absorbentur vasto
 hiatu .

CYANE ANAPO NVPTA.

FONTES finguntur iuncti matrimonio ,
 qui aut confluunt aut sunt contigui . Cyanen hodie
 Siculi appellant Cirini Pismam , cuius fontis aque
 commiscentur in agro Syracusano cum Anapo uix
 duobus miliaribus ab ipsius ostio .

PVER IN STELLIONE M.

INVIDVS & naledicus puer fingitur à
 Cerere mutatus in stellionem propter naturam ani-
 malis , quo nullum inuidet homini fraudulentius .
 nam cum exiit membranam hybernã , deuorat eam ,
 inuidens nobis optimum remedium contra morbum
 comitalem , ut Plinius tradit . Est autem Stellio mi-
 nor paruo lacerto , hoc est , brachio : non minor la-
 certa . est enim tribus ferè lacertis , quas Italia alit ,
 maior . Legendum igitur :

Contrahitur , paruoq; minor mensura lacerto est .

ASCALAPHVS IN BV

BONEM .

ASCALAPHI sicut & corui exemplo

F 4

monentur ,

297

INTERPRETATIO

monemur, ne quid temere indicemus, quo subeamus profitentes
 aut odium aut poenam. Nec sine causa A scalaphugruntur &
 importunissimus index, fingitur mutatus in bubo Ov 78
 nem. Est enim bubo index maximè abominatus, quæ P 319 7
 cum domibus insidet, feralis existit. Tales A scalaph
 sunt delatores, qui in aulis principum existunt in A. 31. 87. 7
 dices multis exitiales. id ucu yoe

SIRENES IN MONSTRA.

uobis Acheloides unde

Pluma, pedesq; auium, cū uirginis ora geratis & Ac fin

SIRENES fuerunt reginæ insularum Ioi, propt
 quæ Pestano & Salernitano sinui adiacent: tenuæ Aetolia &
 runtq; loca Campaniæ, in quibus Neapolis, Surren Græciæ flu
 tum cum promontorio Mineruæ: unde & ea loca Musas Reg
 Sirenum scopuli nominantur. His regnantibus excubis, propt
 tata sunt literarum studia in promontorio Mineruæ tebergensi a
 extructo illic Athenæo, hoc est, Gymnasio, à quo illic excitat
 promontorium illud, Mineruæ dicitur. Erat enim in eum efflu
 Athenæum locus Mineruæ dicatus, ubi publicè doceest ad iniur
 bantur artes liberales, quibus præesse illa putabatur. Ad hæc ado
 Id uerò Gymnasium fuit adeò celebre, ut eloquentiunt iactu
 & literarum studia, quæ ibi floruerunt, dederin apud exte
 locum fabulæ de suauitate uocis & cantu Sirenum emanauitq;
 quòd etiam Homerus declarat cum illa ipsa Sireni à quibus ac
 bus attribuit, quæ sunt Musarum: uidelicet & pœuel pernit
 ritiam canendi, hoc est, eloquentiam: & historiarum Sirenes nu
 rerumq; naturalium cognitionem. Sic enim de se glo quæ antea p
 riantur apud Homerum Sirencs, duodecimo Odyssæa accipitur p
 profi

De Iho
 - his et
 Sireny

2196

LIB. V.

οὐ βεβήκοντες ἐπιφύλακται τῆς ἐπιστήμης, ἧς ἐπιφύλακται οἱ θεοὶ, καὶ οὐκ ἐπιφύλακται οἱ ἀνθρώποι, ὅτι οὐκ ἐπιφύλακται οἱ ἀνθρώποι, ὅτι οὐκ ἐπιφύλακται οἱ ἀνθρώποι.

οὐ γὰρ πῶς τις τῆδε παρήλασε νηι μελαίνῃ
Πηρὶ γ' ἡμέωρ μελιγέλω ἀπὸ σομάτων ὅσ'
ἀκοῦσαι.

Ἄλλ' ὄγε τερψάμεν, ὅτε νῆτα κ' ἢ πλείονα εἰδῶς
ἰδμεν γὰρ τοὶ πάνθ' ὅσ' ἐνὶ τρωίῃ εὐφείη

A. Ἀργεῖοι Τρῶες τε Δεῶν ἰότητι μόγησαν,
de ἰδμεν δ' ὅσα γίνονται ἐπὶ χθονὶ πουλυβοτείρῃ.

Ac finguntur Sirenes filiae Calliopes & Achelous filii Calliopes & Achelous filii Calliopes & Achelous filii Calliopes

ularum loii, propter professores literarum accersitos ex
: tenuis Aetolia & Acarnania, quam Achelous celeberrimus

Surren Graeciae fluvius separat: perinde ut si quis fingat
ea loca Musas Regiomontanas esse filias Calliopes & Al-

bis excubis, propter lectores huc uocatos ex Academia Vi-

lineruasebergensi ad Albim sita. At postquam bonae artes

o, à quilibet excitate sunt, & summa cum admiratione ho-

rat eniminum effloruerunt, posteritas (ut fit) illis abusa-

icè doceat ad iniuriam, contumeliam, & perniciem Reipub-

itabat. Adhuc adolescentes, causa studiorum eò missi, fece-

loquentiunt iacturam patrimonij, scortis addicti: unde

dederint apud exteros Athenicum illud cepit male audire, Sirenum emanavitq; fabula de Sirenis in monstra mutatis, a Sireni à quibus accedentes, in naufragia, hoc est, egestatem & pau-

et & pauel perniciem attraherent. Hanc ob causam ipse Sirenes nunc accipiuntur pro illecebris uoluptatum, de se gloque antea pro Musis habebantur: earumq; Musica Odyssea accipitur pro eloquentia, non ad permulcendos, sed prof-

De Musis

in monstra
Sirenes
mutatis
Sirenes

INTERPRETATIO

perdendos homines comparata: qualem Æschini eloquentiam Demosthenes esse dixit.

*De uis
statibus
chari uel*

Porro sicut Vlyssis socij Sirenas præteruecunt sunt obstructis auribus, ne blandis et dolosis cantibus illicerentur in naufragium: ita nos decet aueriri et fugere uoluptates: nec præbere illis aures, dulcedine orationis corruptelaq; deprauant doctrinam religionis.

DE ALPHEO ET ARETHUSA.

OPINIO est Alpheum fluium, qui in Ioponnesiaco littore absorbetur, sub mari penetrat in Siciliam, et ante os Arethuse fontis emergere iuxta Syracusas: cuius rei siue coniecturam, siue ueritatem, Poëtæ ut celebrarent, fabulati sunt Alpheum amore ipsius Arethuse tam longo tractu sub mare cursum agere. Est enim Arethusa fons totius Siciliae celeberrimus et amplissimus, ad cuius os ipse Alpheus quasi uoluptate gestiens et exultans e fluctibus maris emergit, tanto impetu, uix ut cymbis adire possit. Qui uerò opinantur illum ex Helide eò usque penetrare, hac coniectura ducti sunt, nempe quò stato tempore, cum Olympia celebrabantur, et uictimarum sordes in annem proijciebantur, Alpheus in littore Siculo solebat fieri turbidus, et Arethuse fons redolere finium, sed Strabo negat hæc esse uera: quamuis Timæo philosopho, et Senecæ in naturalibus questionibus, omnino uera esse uideantur.

TRIPTO

Dona fr
Frugifer

TRI

leusina in

quæcilia allat

leusine deu

propagata

Scythi

inimè idon

aturæ inu

atissima.

Brasim

inæ, the

omnino j

am Scyth

mo, Celei

IN

CER

AR

bile et in

uissimæ d

TRIPTOLEMVS.

Dona fero Cereris, latos quæ sparsa per agros // Frugiferas messes alimentaq; mitia reddant,

TRIPTOLEMVS fertur primus apud

Ægeusina instituisse sationem frumenti, id quia fuit è Sicilia allatum, ideo à Cerere illi missum fingitur. Ex Sicilia demde ad finitimas gentes satio frumenti propagata est.

Scythica autem Regio sterilis est, et frugibus

imè idonea: ea de causa erga Triptolemum agrorum cultura inuictorem extitisse perhibetur omnium inpenetratissima.

Erasmus Rotcredamus uocat Triptolemos do-

ctores, theologos qui spargunt noua dogmata. Sed Alpheus omnino sunt digni, quibus ea referatur gratia, sub mare Scythicus ille Lynceus erat relaturus Triptolemus Siciliæ, Celci & Menalitiæ filio.

Ad Philo plus digne hunc op puer

api signis

IN LIBRVM SEXTVM.

CERTAMEN PALLADIS ET ARACHNES.

ARTIFICIVM texendi in primis admirabile & ingeniosum est: ideo non sine causa sapientissime deæ Palladi ascribitur. Et haud dubie in-

uena uita

Æschin
reterue
osis can
cet auer
laures, q
nt doct
R Es
qui in P
penetrat
rgere iu
ue uerit
Alpheu
sub ma
ius Sicili
se Alphe
fluctibu
mbis ad
de eò us
npe quò
tur, &
tur, Al
s, et Arc
t hæc eff
ce in na
teantur.
IPTO

INTERPRETATIO

uentum est, occasione à textis aranearum sumptu-
 nam omnia que ab artificibus texendi fiunt, ab ip-
 quoq; araneis fieri uidemus. Subtegmina annectu-
 stamina tereti & equabili filo deducunt: certi
 interuallis indissolubili nodo implicant. Hinc Po-
 finxerunt, inter Palladem & Arachnen, hoc est,
 ter humanam industriam, & araneam ipsam, su-
 certamen de laude illius artificij: & Arachnen, qui-
 quam texendi arte prestantem, tamen à Pallade
 peratã esse. Maior est enim industria hominis, qui
 aranea, in texendo: id quod uaria hominum op-
 in hoc genere declarant.

Fabula continet duos locos communes, quorum
 alter docet, non contemnenda esse senum consilia.

Pallas animum simulat: falsosq; in tempora ca-

Addit, & infirmos baculo quoq; sustinet arti-

Tunc sic orsa loqui: Non omnia grandior etas

Que fugiamus, habet: seris uenit usus ab annis

Estq; sumptus hic locus ex Euripide, apud quem in Phœnißis Iocasta anus Eteoclem adole-
 tem alloquitur his uerbis:

Ω τέκνον, οὐχ ἅπαντα τῶν γῆρα κακὰ
 Επὶόλεις πρόσσειρ ἄλλ' ἢ ἐμπειρία
 ἔχει τι λέξαι ἂν νέων σοφώτερον.

Alter uero locus docet, ne excellentes artificio
 ingenij dotibus sese efferant insolentius: neue conti-
 dant aduersus Deum.

Consilium

Inter mori

Cede dea

Supplice u

γαλέ

Non inuen

ule ad So

an esse Pall

ia sapienti

ere solebat,

in telis, ut c

imum utili

RTA M

ET MIN

LATI

Cccopia Pa

EX S

cupatam fu

Neptuno:

ua. Ex ha

4, de certan

bellationem

dationem p

oleam Min

turbatio pe

CO

Consilium ne sperne meum, tibi fama petatur
 Inter mortales faciendæ maxima lanæ,
 Cede deæ: ueniamq; tuis temeraria dictis
 Supplice uoce roga, ueniam dabit illa roganti.

Nam ut inquit Homerus.

H. De artificio.

Ἐπιπέλας ἢ Ἐπιπέλας θεὸς ἑσπερίων ἀνδρῶν δαμῆνα,
 Non inuenuste transferri etiam potest allegoria
 Pule ad Sophistarum argutias: nimirum ideò in-
 esse Palladi araneam, quòd Sophistarum ara-
 nee sapientibus odiosæ sint. Nam Antonius Pius
 ere solebat, Sophisticas argutias similes esse arane
 telis, ut quæ haberent plurimum artificij, sed
 minimum utilitatis.

RTA MEN INTER NEPTVNVM
 ET MINERVAM DE APPEL-
 LATIONE ATHENARVM.

Cecopia Pallas scopulum mauortis in arce.

EX Strabone constat, urbem Atheniensium
 occupatam fuisse initio Psidonium, à Posidone
 Neptuno: postea Athenas, ab Athena siue Mis-
 ua. Ex hac nominis mutatione nata est hæc fa-
 a, de certamine, quod inter illos extitit, propter
 bellationem urbis. Continet autem fabula com-
 adationem pacis & publicæ tranquillitat is, quæ
 oleam Mineruæ intelligitur: sicut & rerum
 turbatio per Neptuni aquas, nihil est enim oleo
 trans

INTERPRETATIO

tranquillius: contra nihil mari asperius ac tur-
 lentius. Extat allegoria eius fabule in quadam pro-
 tione clarissimi uiri Domini Philippi Melanthoni
 que his uerbis explicatur: Athenienses ingeniosissi-
 mos finxerunt Neptunum & Palladem inter-
 certasse, ab utro numine ciuitas appellaretur: cum
 Deorum iudicio Pallas omnibus calculis uicisset,
 tum ab ea nominatam esse. Qua fabula significatur
 ciuitatem non imperij laude, quod clasibus par-
 rat, & opum magnitudine prestantiorem esse, quae
 ciuilibus artibus. Illud autem in primis sapienter
 cogitatum est, quod eius iudicij Deos autores fa-
 runt, ut cum plerique homines summam esse im-
 gloriam existiment, admonerent Deorum iudicio
 ge maius esse decus ciuitatum: leges, iudicia, ho-
 stam disciplinam & similes pacis artes.

HÆMVS ET RHODOPE
 IN MONTES.

Nunc gelidos montes, mortalia corpora quae

Nomina summorum sibi qui tribuere Deorum

Quo breuius ab autore explicantur haec
 fabule, eò sunt obscuriores, ex libello tamen de pro-
 bus qui uulgo ascribitur Plutarcho, constat Hæmum
 sibi assumpsisse nomen Iouis, ac suam sororem Rhodo-
 dopen à se turpiter amatam nominasse Iunonem.
 Quod si Poeta non loqueretur de duobus similibus
 montes conuersis, arbitraretur hic intelligi Rhodope
 illam meretricem, quam Charaxus frater Sappho

amit. Ea er
 de fingere
 propter P
 Strabo, a
 PY
 VID
 stiosa fuisse
 eteris, pre
 corporis sui
 gmei, quae
 ternos do
 ri debet,
 per uirum
 mferri in
 riptis Hier
 ans format
 ferendum
 locata. In
 Iuuenalis
 Ad subit
 Pygmae
 Mox im
 Vnguib
 H
 Esse gr
 ANTI
 am

uauit. Ea enim; est Herodoto, fuit Threitia: nec ab
 de fingeretur in rupem seu montem transforma-
 propter Pyramidem, quæ ei post obitum, ut testas
 Strabo, ab amatoribus erecta est in Ægypto.

PYGMÆA MATER IN
 GRVEM.

VIDETVR hæc quæcunq; fuit, pusilla &
 stuosa fuisse: tales enim plerunq; sunt superbiores
 teris, præferim fœmina: Ac propter breuitatem
 corporis fuisse dicta Pygmæorum mater. Sunt enim
 ymæi, quos Græci à cubito sic uocant, adeo breues,
 ternos dodrantes non excedant, nec fabulosum ui-
 ri debet, homines nasci tam pusillos. Vidit Italia
 per uirum iusta etate, non maiorem cubito, cir-
 amferri in cauea Psytaci: cuius uiri meminit in suis
 riptis Hieronymus Cardanus. figmentum uerò de
 ans formatione Pygmææ matris in gruem, arbitror
 ferendum ad insigne, illius cui fuit in matrimonie
 llocata. Infestantur & Pygmæi à gruibus, de quibus
 Iuuenalis hæc scribit:

Ad subitas Thracum uolucres nubemq; sonorant
 Pygmæus paruis currit bellator in armis
 Mox impar hosti captusq; per aëra curuis
 Vnguib; à seua fertur grue.

Huc igitur alludit Ouidius, cum inquit:

hanc Iuno uictam certamine iusit

Esse gruem: populisq; suis indicere bellum.

ANTIGONE IN CICONIAM.

SIMIL

Di. Pygmæi

INTERPRETATIO

SIMILI ratione uidetur Antigone finim etiam a mutata in Ciconiam, qua Pygmea in gruem: nempe.

propter insigne sui coniugis. Estq; conueniens metamorphosis superbe & arrogantis sceminae in Ciconiam. haec enim auis cum ab omni Musica sit aliena, tamen ita superbit, ita placet sibi illo crepitu, quocumque rostro edit, ut applaudat alis. Versiculus hic quadrupliciter significat in hominem de se arrogantius scutientem: haec inferior haec obscurior haec portet nos haec Martia Turpe e Et stultu MN

*Proscena
arrogant
inflant et
umial.*

Ipsa sibi plaudit crepitante Ciconia rostro.

IOVIS, NEPTUNI, APPOLLINIS ET BACCHI VARIÆ METAMORPHOSES.

Maonis illusam designat imagine tauri Europam.

SVpra expositae sunt aliquot in his fabule, ut de Europa à taurro decepta & de aureo imbelle, quo Iupiter Danaën elusit. Ceterae, quas Iupiter rachne intexit, uidentur partim referendae ad historiam, ut de Ioue in Amphitryonem & Satyrum. Non est enim inusitatum, scortatores & adulteros mutato habitu ingredi absentium maritorum aedem.

*Ita dicitur
ad hanc.*

nec raro accidit ut magni domini sumant personam Satyri, hoc est, rustici alicuius, ne agnoscantur adulterio deprehensi: partim uidentur referendae ad insignia principum, à quibus supra puellis illarrogat sibi sunt, nam Aquilae, Olores, Equi, Leones, Iuuenque non nisi Arietes & similia animalia, sunt gentilicia principum & nobilium insignia, sicut omnibus notum est, pnalis punit

tin

ne finem etiam ad physiologiam pertinent, ut fabula de
: nempe.

Vt Asopida luserit ignis.

Mnemofynen pastor uariusq; Deoida serpens.

Nam uidetur his subesse aliqua ratio Physica:
Iuppiter in ignem, pastorem & serpentem, fors
significat uim illam superiorum elementorum in
hec inferiora agentem, qua omnia procreantur. Sed
hec obscuriora transeamus, in quibus explicandis non
oportet nos nimium esse superstitiosos: quia ut in
quit Martialis:

Turpe est difficiles habere nugas, H
Et stultus labor est ineptiarum,

MNEMOSYNE MATER

MVSARVM.

MNHMOΣINH fingitur mater Musarum:
quia memoria peperit artes. ad hanc fabulam perti-
ad histos ueteres illi uersiculi:

Sophiam uocant me Graij, uos sapientiam,

Vsus me genuit, mater peperit memoria.

NIobe IN SAXVM.

MEMORABILE exemplum fastus & su-
berbia: Niobe filia Tantali, uxor Amphionis, cū filios
habeat sex, totidem filias, ijs fortunæ bonis insolens,
illis illarrogat sibi honores diuinos: contemnitq; Latonam,
Iuuenque non nisi duorum mater sit, Apollinis ac Dianæ.
Ob hanc uerò insolentiam maximis & acerbissimis
penalis punitur. Nam Deus qui resistit elatis, totam
et ipsius

*De fabula
biu. Fabri
na.*

INTERPRETATIO

ipsius familiam evertit: liberi subita morte inter
 coniunx mortem sibi consciscit, ipsa prae dolore in
 xum convertitur. Hoc illustri exemplo admonemur
 ut in omni fortuna, meminerimus nos esse homines
 neque ita diuivis, honoribus ac potentia inflemur.
 securi premamus alios: sumus enim reuera nihil aliud
 ut inquit Sophocles, nisi simulacra et umbræ quæ
 dam, quibus consideratis nemo fastuosum uerbum
 emittat, ausitque sic dicere: Maior sum quam cui potest
 fortuna nocere.

Tres loci potissimum obseruandi

In narratione huius fabulæ obseruandi sunt tres
 loci, quorum primus docet, iram Dei placandam esse
 precibus, non augendam maledictis. Secundus, impii
 fieri obstinatius cum affliguntur. Tertius, non esse
 audiri illorum preces, qui et obstinatione quadam
 Deo aduersantur.

Sagitta ad signum

Sagittæ Apollinis et Dianæ, quibus liberi Niobes
 interficiuntur, celerem mortem significat. Omnes enim morbo
 pestilentiali interierunt, ut Iannes Tzetza scribit.

Αυθιμωρόντε θνήσκουσι πάντα λοιμῶ τὰ τέκνα
 Απόλλωνα ἢ Ἄρτεμιρ ἔφαρ δὲ τούτους κτείνουσι
 Ἡλιῶ καὶ ἀνάενται ταῦτα καὶ τῆ σελεύου
 Ἐκ τοῦ δόξμου γῆ καὶ ὕδατος γίνεται τὰ λοιμῶ

Per saxum, in quod Niobe mutata, intelligitur
 uel immodicus dolor, quo ipsa dirigit: uel lapideus
 status, quam orba liberise sibi rexerit. Nam Palephatus
 refert statuam marmoream ab illa erectam fuisse

ad monu
 uerò et
 in Phryg
 emanare
 lacryma
 quod eti
 simile e
 represen
 uina, ele
 Vbr
 Qu
 Tre
 Qu
 o
 D
 res rus
 et Val
 mini u
 quidem
 sticoru
 contun
 in eò, q

ad monumentum defunctorum liberorum. Pausanias
 uerò & Scholastes Homeri tradunt conspici in Syphi-
 to Phrygiæ saxum, præ se ferens lugentis formam, &
 emanare inde fontem aquarum instar humanarum
 lacrymarum: idq; saxum dedisse occasionem fabulæ:
 quod etiam non est absouum fidei. Constat enim si-
 milem esse fontem in Samnitibus, humanas lacrymas
 representantem: quem celebravit Poeta Petrus Gra-
 uina, elegantissimis his uersibus:

Vbertim lacrymas stillat de rupe cadentes
 Fonticulus uitreis conspiciendus aquis,
 Quem bibit in petris Samnitibus incola uallis
 Tapinæ, & sedat blandula lympha sitim.
 Tres olim hinc, fama est, uiduæ fleuere puellæ
 Hæc patrem, hæc natum, tristior illa uirum:
 Qui cum Romanis ducibus tunc fortibus armis
 Congressi pulchra morte obiere diem:
 O fons nate pijs lacrymis & fletibus aucte,
 Testis & antiquæ fons pietatis amor.

LYCILIN RANAS.

DEPINGVNTVR hinc ingenia & mo-
 res rusticorum, qui in multis regionibus, ut in Angliæ
 & Vasconia adeo improbi sunt & maliciosi, ut ne-
 mini ullam humanitatis officium præstent, ne ipsi
 quidem Deo, si aduenerit. Ea est autem natura rus-
 ticorum, ut quò magis rogentur, eò insolentius &
 contumacius se gerant: Seruat igitur decorum Poeta,
 in eò, quod fingit Lycios nulla obtestatione flecti,

I N T E R P R E T A T I O

eosq; conuertit in ranas. Vt enim ranæ in paludibus
& limo, ita rustici in tabernis, humore, saltu, altera-
tione, & uociferatione gaudent: ac sibi uidentur
perire siti, nisi in ipsis quasi dolijs habitent.

M A R S I A S E X C O R I A T V S.

M A R S I A S fuit Poëta Lyricus, quem Ouidius propterea, ut arbitror, appellat Satyrum, quòd uel inconditos uel obscenos uersus scripserit. Hunc Poëta fabulantur cum Apolline tiliarum cantu certasse. Fuit enim insignis quoq; Musicus, atq; omnium primus tibia modulatè inflauit. Cum uerò ars tiliarum ab illo excitata, haberi apud Grecos præsertim Thebanos, in tanto honore ac precio cepisset, ut à multitudine omnibus ferè liberalibus artibus antefere retur, essetq; propè honorificentius nomen tibicinis, quàm aut Poëtae aut oratoris, Athenienses, apud quos eloquentiæ & sapientiæ studia erant in admiratione, ad euellendam hanc opinionem, finxerunt fabulam de Minerua tibia abiiciente, & de Apolline excoriante Marsiam, ut significarent artem canendi tibia, esse illiberalem, nempe quæ homini deformitatem afferat, osq; & buccas inflet. Quia fabula motus Alcibiades, ut refert Plutarchus, tibiæ cantum auersatus est, tanquàm ingenuo homine indignum: dixitq; canant Thebanorum liberi: loqui enim nesciunt. Nobis autem Atheniensibus sinant absq; inuidia adesse & Mineruam, quæ tibia abiicit, & Apollinem qui tibicinem excoriat. Quos Alcibiades

Alcibiades
ubi fama
tiam eius
cines, ut
coetu amo
le Aristo
impediri
tibus et li
finxisse M
cisse: &
cisse illan
esse ob ea
tiliarum
scientiam
merudita
qua Satyr
spretam,
lantes an

P
annem e
tram cad
fusum, p
etæ finga
delituisse
centus, &
cto impe
lorem, si

Alcibiadis sermones partim ioco partim serio habitos
 ubi fama inter adolescentes dissipauit, cunctis senten-
 tiam eius probantibus, tantopere contempti sunt tibi-
cines, ut communi consensu ex omni ingenuorum
 coetu amouerentur tibiæ. Meminit huius quoq; fabu-
 le Aristoteles 7. Politicorum, ubi ait arte tibiarum
 impediri usum rationis. Itaq; priscos in adolescen-
 tibus et liberis hominibus improbasse eius usum, &
 finxisse Mineruam cum tibiæ inuenisset, eam abie-
 cisse: & quanquam oris deformitate offensam id fe-
 cisse illam non sit alienum dicere: tamen probabilius
 esse ob eam causam, quod ad cognitionem animi ars
 tibiarum nihil pertineat, cum præsertim Mineruæ
 scientiam artemq; attribuamus. Significatur etiam
 inerudita poetica per fistulam à Pallade abiectam,
 qua Satyrus sese ostentat. Hanc enim à sapientibus
 spretam, Satyri, hoc est uersificatores leues & petu-
 lantes amplectuntur.

Porro Q. Curtius scribit: Marsiam Phrygiæ
 annem ex summo montis cacumine in subiectam pes-
 tram cadere, magno strepitu aquarum, & inde dif-
 fusum, placido labi cursu, eamq; esse causam cur Po-
 etæ fingant Marsiam fuisse tibiæcine & excoriatum
 delituisse in aquis. Nam ille strepitus est quasi con-
 centus, & subita aquæ mutatio efficit, ut animis fra-
 cto impetu tanquam detracta cute induat alium co-
 lorem, fiatq; nitidissimus.

I N T E R P R E T A T I O
PELOPIS HVMERVS IN
EBVRNEVM.

ebur ostendisse sinistro.

PELOPEM Tantalii filium arbitror im-

signi atq; atroci aliqua iniuria afflictum & laceratum fuisse à patre, eamq; esse causam, cur Poëta fingant, illum patrijs manibus dissectum & appositum fuisse dijs epulandum. Multis uerò ingentibus beneficijs Deum leuasse iniuriam innocenti factam, uide licet magnitudine opum, celebritate nominis ac potentia. Ebur enim diuitias, & humerus uires seu potentiam significat, Hinc apud Homerum omnia magni precij finguntur uel eburnea uel aurea. Et fuisse Pelopem opibus affluentem indicat prouerbium, Pelopis talenta, quod de immensis opibus dici solet. Adhæc, eundem magni nominis & præpotentem fuisse, testatur Peloponnesus ab eo subacta & cognominata, ubi ipse aurifodinas reperit, quibus ita ditatus est.

T E R E V S R E X T H R A C V M
I N V P V P A M.

T E R E I & Progenes fabula docet cohibendos esse effrenatos animi affectus, quibus homines ad immanitatem compelluntur. Impetus autem ueneris & ulescendi cupiditas, reddunt homines insigniter immanes. Quid enim tam immane, quam uxoris sorori linguam præcidere, illato prius stupro: aut matrem suos liberos discernere, et apponere epulandos? Ac Tyrannus, libidinum sordibus inquinatus,

*deprorio
his rebz*

*De imma
nitate horu
num*

recte

recte fingitur in upuam commutatus. Nihil est enim
 hac aue foedius, nihil inquinatius, quae nusquam liben-
 tius commoratur, quam in stercoribus. Adhaec longo
 acuto rostro upupa tanquam cuspide armata ex-
 ercet tyrannidem in auiculas, habetq; cristam plica-
 bilem, quae cum erigitur per longitudinem capitis,
 refert similitudinem diadematis regij.

Extat Ioannis Antonij Campani epigramma
 de upupa non inelegans, quod est eiusmodi:

Rex fueram: sic crista probat: sed sordida uita
 Immundum e tanto culmine fecit auem.

PROGNE IN HIRVNDINEM ET
 PHILOMELA IN LVSCI-
 NIAM.

NON satis liquet ex fabula, in quasnam aues
 haec sorores mutatae fuerint. Seruius interpres Vir-
 gilianus, scribit Prognem in aedona, hoc est, in luscia-
 niam, & Philomelam in chelidona siue hirundinem
 fuisse mutatam, cuius opinioni suffragatur Ouidius
 in Epistola Sapphus, ubi inquit:

Sola uirum non ultra pie moestissima mater
 Concinit Ismarium Daulias ales Ityn.

Hic enim loquitur de Progne, deq; hirundine, quae
 non gaudet syluis sed tectis. Virgilius tamen quarto
 Georg. refert, Prognem in hirundinem esse conuer-
 sam:

Et manibus Progne pectus signata cruentis.

Estq; uerisimilius Philomelam in Luscianiam fuisse
 mutatam

I N T E R P R E T A T I O

mutatam. Luscinia enim inter canendum crebro ed
 has uoces: τριγυς γλωττα, quibus uocibus uidetur
 quasi conqueri de Tereo, quod amputarit linguam.
 Adhuc nomen quoq; ipsum conuenit: Philomela enim
 significat amabilem: neq; ullius auiculae musicae
 amabilior, quam Lusciniae. eius sonus (ut inquit Pl
 nius) perfecta musicae scientia modulatus, nunc co
 tinuo spiritu trahitur in longum, nunc uariatur in
 flexo, nunc distinguitur conciso, copulatur in tortu
 reuocatur & infuscatur inopinato. interdum & sicut
 cum murmurat. plenus, grauis, acutus, creber, exten
 tus, ubi uisum est uibrans, summus, medius, imus: bre
 uiterq; in tam paruulis faucibus omnia sunt, quae in
 instrumentis ars hominum excogitauit.

Porro hoc loco obseruandum est, quod La
 rentius Valla de uoluptate lib. 3. refert: Poetas fu
 xisse has duas aues sorores, fuisse Pandionis regis
 filias, quod uiderentur cantus praestantia penes germa
 nas: & has duas intellexisse Oratoriam & Poeticam
 quae propè sorores sint: atq; ut hanc similitudinem
 cantus, ita illam discrepantiã auctores fabulae secuti
 esse. Quod in altera sit mira libido tecta & urbes in
 colendi, in altera arbusta & syluas: significantes
 ruridinem similem esse urbanae eloquentiae, & illam
 qui in domibus, in senatu, in foro, suam facundiam
 exercent, Philomelam uerò similem eloquentiae nem
 rali & Poëtarum, qui syluas, & solitudines, & loca
 non ab hominibus, sed à Musis & à dijs celebrata

amant

amant:
 tiffimas
 tando u
 tate his
 torie p

Dil
 refert
 Illissim
 Hinc e
 & Poe
 propte
 scribit
 inquit
 No

I

reges

L I B. VI.

amant: & materias à forensibus controuersijs remo-
tissimas tractant. Itaq; quantum Philomela in can-
tando uocalitate, ui, motu, scientia, uarietate, suauita-
tate hirundini præstat, tanto Poëticam uocem Ora-
torie præstare.

ORITHYIA A BOREA
RAPTA.

Dilectaq; diu caruit Deus Orythia.

SOCRATES apud Platonem in Phædro
refert Orithyiam Erechtei filiam è quadam petra ad-
missum annem uento deiectam atq; ita mortuam esse,
Hinc & fingi à Borea Strymonis filio raptam esse,
& Poetas hominis raptum transtulisse ad iunctum,
propter similitudinem nominis. Horum opinioni sub-
scribit Ouidius in epistola Paridis ad Helenam, cum
inquit:

Nomine ceperunt Aquilonis Erechtida Thracis.

IN LIBRVM
SEPTIMVM.

ALLEGORIA HARPY-
ARVM.

TRIPLEX est genus hominum, à quibus
reges ac principes miserè uexantur. Primi generis

G 5

sunt

INTERPRETATIO

Sunt adulatores seu assentatores, qui blandiendo & mentiendo illorum animos occupant, & quasi excaecant. Secundi sunt, delatores seu calumniatores, quorum tanta est improbitas, ut fidiſſimos quoſq; & de Repub. optimè merentes, illis inuisos reddant. Tertij uerò generis sunt, ſceneratores, qui oppida, uectigalia, & portoria illorum tenent oppignorata. Hoc triplex hominum genus per tres illas Harpyias intelligitur, quas Poëta fingunt inſidere menſe Phineï oculis capti, & iniquitate omnia: ipſasq; dapere præripere miſero & calamitoſo regi. Tales enim homines inquinant reges ac principes oculis animi captos: earumq; facultates & alimenta ad ſe rapiunt.

Alphonſus rex Neapolitanus facta Harpyiarum mentione, fertur ioco dixiſſe, illas non amplius habitare in inſulis Strophadibus: Sed illinc comigrari ſe in curiam Romanam, ibiq; domicilium iam conſtituiſſe: quo ioco ſapientiſſimus rex taxauit inexplebilem auariciam & rapacitatem Romanorum ſacerdotum.

CALAIS ZETES PEN-
NATI.

Iuuenesq; Aquilone creati.

VESTES manicatae, quibus Theſſali per luxum uſi ſunt, prouerbiali ioco Theſſalorum alie dicebantur. Erant & olim in uſu uestes quas plumarias ſeu plumasiles uocabant, propter diuerſitatem colorum,

colorum, pter eiusmarias, arbitratos, quaTzetze G inſigniter quaſi alis t Bogææ the zitiw yeu kai tou ægæ ætægæ

EXI

Conti

AR

Colchos ad

excitantur

disquerant

Argonautic

Phasid

Ferri

delectatum

cenſum, ſu

renlarum:

lum eſſet au

V. Impera

res adh

colorum, qualis in collo columbarum apparet. Propter eiusmodi igitur uestes, uel manicatas, uel plumas, arbitror Calain & Zeten fingi alatos. seu pennatos, quanquam mihi etiam non displicet expositio Tzetze Græci, qui putat illos ideo fingi alatos, quod insigniter comati fuerint, adeo ut humeri capillis quasi alis tergerentur.

Βορέας θράξ δὲ ἀθλωῶν ὠρεῖθυσιν ἀρπάξας
 ζήτω γενναῖα καὶ κάλαιρ, εἰγάσασθαι βροκόμας
 καὶ τὸν ἀβροκόμα αὐτὸν εἰς ἔνχασιν νικῶντας
 ἰσσοῦρ καὶ πέπεδον θρίξιμ ἔφασσαν μυθογράφοι
 ὅς ἐπικηλίους τὰς θρίξιμ αὐτῶν καὶ γαυροῦ
 μύθους.

EXPEDITIO IN COLCHOS.

Contigerant rapidas limosi Phasidis undas.

ARGONAVTARVM expeditio in Colchos admonent generosos animos, ut ad gloriam excitentur, eamq; magnis & illustribus rebus gerendis quaerant. Hinc Valerius Flaccus eleganter in suis Argonauticis fingit ipsam gloriam.

Phasidis in ripa stantem iuuenesq; uocantem.

Ferunt Carolum Ducem Burgundiae mirifice delectatum fuisse Iasonis fabula, eiusq; exemplo incensum, flagrasse cupiditate maximarum rerum gerendarum: Ideoq; instituisse societatem, cuius symbolum esset aureum uellus: quæ societas inter Carolum V. Imperatorem, & Principes heroica uirtute præfata adhuc seruetur.

INTERPRETATIO

MEDEÆ AMORES.

INTER figuras sententiarum apud Cicero-
nem numeratur disputatio, qualis est hæc, qua Medea
incensa amore Iasonis, hic deliberat & secum qua
colloquitur, disputans, quid amor, quid ratio suadet
in qua disputatione illud in primis obseruandum est
quod inquit:

uidco meliora proboq;

Deteriora sequor.

Sic enim plerunq; solet accidere, ut indulgentes affe-
ctibus, consilium deterius sequamur. Magna autem
uis est affectuum, præsertim amoris: Nullus enim
affectus rationi minus obtemperat. Itaq; fingitur
animus Medæ tam uariis cogitationibus distractus.
Primum quidem disputat ac fatetur, non esse honestum
stium, ut ipsa sit magis propensa erga exterum, quam
erga parentem. Sed huic argumento opponit contrari-
um, uidelicet se non posse non fauere Iasoni propter
egregias ipsius dotes, propter ætatem, genus, uirtutes,
tem et formam; seq; uocat immaniolem omni bellu-
si his dotibus nihil moucatur. Deinde argumentatur
à necessario, illum misere periturum, nisi adiuuetur.
Quod argumentum ratio refutat ab honesto, etiam
si ille amari mereatur, tamen propterea nihil scilicet
ratè faciendum contra patriam: Item ab euentu, esse
incertam, qualem ille gratiam sit relaturus ei pro
tanto beneficio: et ab itineris periculo, esse difficile
ac periculosam nauigationem ex Colchis in Gra-

ciam

LIB. VII.

ciam. Que argumenta refelluntur hoc modo: sed non apparere eum fore ingratum: item amplexum eius amoturum esse omnem periculi metum.

Hec est summa disputationis, quæ periphraſi explicari poſſit uel hoc modo: Nescio quis motus rationi non obtemperans uerſet animum meum, Certè quantum intelligo, amor eſt. Cur enim parentis iuſſa mihi diſſident? cur Iaſoni metuo? Atqui caſta mentis eſt reſiſtere amor. Fateor: ſed qui poſſum? Equidem luſtor mecum atq; inuita huic perturbationi animi ſuccumbo, aliud enim amor, aliud ratio ſuadet. Ac quanquam non ignoro affectum amoris eſſe poſſibile conſulterem: tamen illi obtemperare cogor. Verum ſi obtemperandum eſt amor, cur regis filia exterum atq; ignotum amo? ſiquidem hæc quoq; terra habet præſtantes uiros, coniugio meo non indignos. Quid ergo de illo ſolicita ſum? quid uic mea refert, que uiuat, ſiue intereat. Nihil quidem, ſed tamen, quia iuuenis eſt nobilitate generis, uirtute & forma præſtans, malim eum uiuere, quam interire. illud quidem licet, uel abſq; infamia amoris. At non uotis tantum, ſed factis conſeruanda eſt illius uita, alioqui miſerè interibit. Ergò cum præter me nemo illi ſubuenire poſſit, ero immanior omni bellua, ero omni ſaxo & ferro durior, niſi innocentis uitam conſeruauero. Sed dum illi conſulo, patriam prodo. Egòne ei præmittam hoc nefarium ſcelus? Quid? quod incertum eſt qualem gratiam ipſe mihi relaturus ſit pro beneficio

I N T E R P R E T A T I O

facio. Fortè saluus & incolumis discedet me relicta
aliamq; ducet uxorem : id si ita euenturum esset, tum
 mallet profecto illum iamiam interire. Sed in genitum
vultus, generosus animus, & excellens illius forma
mibi persuadent ac pollicentur, illū fore nihil minus
quā in gratum. Quin etiam obligabitur iurciurando
 priusquam à me iuuetur, quamuis alioqui seruaturus
 sit fidem, utpote summo beneficio deum etiam
 Sed quid mecum diu disputo? metuo quæ non sunt
metuenda. Ille me legitimo matrimonio sibi iunctum
 adducturus est in Græciam, ubi ero celebris et ho-
 norata. Ergo discedens deseram ego patriam & pa-
 rentem? Quid tum : pater enim est asper, durus &
 immanis, & patria est barbara. Hanc mutabo meli-
 re & cultiore terra, magnam nominis celebritatem
 consequutura apud humanissimas gentes. Hac nimis
 rum laude, quod ipsa Græcorum salutem patriæ
 parenti anteferre non dubitarim: Quodq; adhuc pa-
 ris facio, habitura sum talem maritum, quem cum
 omnibus opibus & regnis non commutarim. Sed
 uigatio subeunda deterret me. Audio enim in
 esse monstra nescio quæ? Ego uerò nihil moror per-
 cula quæcunq; mibi subeunda sunt. ero enim in co-
 plexu & gremio ipsius Iasonis secura &c.

Porro in fine huius disputationis apud Ovidium
 duo adhuc obseruanda sunt : alterum, quod ait
 speciosaq; nomina culpæ
 imponis Medea tue.

Nam ple-
 ciosi titu-
 io quide-
 re rursus

Consti-

Et iam

Cum

Et rub

Vt sol

Parua

Cresce

Sic iam

Vt uid

Dumq;

A V

arte qu

ncem abs

embrana

erum, ut

ellus intel

ut à Phry

æceta reg

am ex G

am insidi

regio C

ontis abu

N

Nam plerunq; fit, ut sceleratè factis honesti et speciosi tituli prætantur. Alterum, quòd fingit narratio quidem uincere affectus, sed oculorum sensus daretur versus uires affectibus.

ante oculos rectum, pietasq; pudorq;

Constiterant, et uicta dabat iam terga Cupido.

Et iam fractus erat, pulsusq; resederat ardor,

Cum uidit Æsoniden, extinctaq; flamma reluxit,

Et rubuere genæ, totoq; recanduit ore.

Vt solet à uentis alimenta resumere, quæq;

Parua sub inducta latuit scintilla, fauilla,

Crescere et in ueteres agitata resurgere uires.

Sic iam lenis amor, iam quem languere putares,

Vt uidit iuuenem, specie præsentis inarsit.

AVREVM VELLVS.

Dumq; ad eunt regem, Phryxæq; uellera poscunt.

AVREI uelleris allegoriam Suidas exponit

arte quam Græci χρυσῶν uocant. Ait enim Iasonem abstulisse Colchorum regi librum in pellicea

membrana scriptum de auro conficiendo per χρυσῶν.

etiam, ut mihi quidem uidetur, Poetæ per aurum

uelleris intelligunt magnam auri uim apud Colchos,

relictam à Phryxo Athamantis regis filio relictam, aut ab

Ætæa rege congestam. Nam et uerisimile est Phry-

xum ex Græcia secum abstulisse patrios thesauros,

et in insidias nouercæ timens ad Acætam confugeret.

Acætæ regio Colchorum propter uicinitatem Cauca-

sus abundat auro, teste Strabone, qui scribit, mula-

I N T E R P R E T A T I O

Quos fontes ex Caucaso manare scaturientes aurea
 na tam tenui, uix ut uideri possit, eamq; ab acco
 colligi lanosis pellibus in aquam positis. Atq; ha
 opimor esse occasionem fabulae. Pelles enim, subsiden
 in ijs arena praeseferunt speciem aurei ueller
 Quare non dubium est, Iasonem aut bello repeti
 thesauros, quorum ipse erat haeres: uel auri gratia
 tulisse bellum Colchis, quemadmodum nostro temp
 re Hispani, qui eadem de causa in Indiam nauig
 runt, ut uidelicet aurum inde auferrent.

TAVRI ET DRACO AVREI
 VELLERIS CVSTODES.

Ecce Adamanteis Vulcanum naribus efflant:

TAVROS ignem efflantes Diodorus Siculus scribit Aetiae regis custodes fuisse, quos ex Thracia adductos ob immane corporis robur & ferociam Colchi nomine taurorum appellarint. non dubium est & Draconem fuisse primarium principem apud Colchos, cuius nomen Poetae simili modo ad animantis fabulam transferunt. Per sementem intelligenda sunt Colchorum disidia, quae Argonautis bono modo fuerunt.

AMBIGVVS LVPVS.

Ein Berwolff.

Inq; uirum soliti uultus mutare ferinos
 Ambigui profecta lupi.

Cer

L I B. VII.

CERTOS homines effici quotannis lupos,
 & rursus ad pristinum habitum redire, vulgò per
 suasum est. Tales refert Herodotus esse apud Neurios
 Scythiæ populos. Et hic quoq; apud Borussos fama
 est tales inueniri: è quibus nuper unus fuit captus, et
 Duca Prussie adductus à rusticis, quorum iumenta
 dilaniasse credebatur. Erat homo deformis: nec multis
 tum absimilis feræ: habebatq; uulnera in facie, quæ
 dicebatur accepisse morsus à canibus, ubi fuisset muta-
 tus in lupum. Is à quibusdam, quibus Princeps id
 negocij dederat, interrogatus, aiebat se quotannis bis
 ita mutari solitum: primò circa natalem Christi, de-
 inde circa festum Ioannis Baptistæ: illisq; temporibus
 esse affrari, & cogi impetu quodam nature uersari in
 bluis inter lupos, maximo autè horrore & languore
 corporis se affici, antequã pili erumperent & forma
 mutaretur. Hæc affirmanti credita sunt: sed cum ad
 quæ explorandam rei ueritatem diu captus in arce detine-
 retur, ac diligenter obseruaretur à custodibus carce-
 nis, an aliquando efficeretur lupo, retinuit semper
 eandem formam quam habuit. Is fuit exitus fabulæ. Un-
 de constat, ea quæ de ambiguis lupis narrantur esse fal-
 sa, utpote quæ homines mente capti sibi imaginantur.

ÆSON EX SENE IN
 IUVENEM.

NON est absimile figmentum, quod extat
 in mythis Germanicis nuper Noribergæ editū de quo
 tam balneo, ubi senes et uetula lauantes iuuenescant.

H

item

INTERPRETATIO

item quod in historia orbis nuper inuenti legitur
 nempe in Bonnica insula esse fontem, qui homines
 foetos restituat: nec tamen canos mutet, nec tollat
 gas iam contractas: cuius tamen fontis meminit
 rei nequaquam fictæ, in suis decadibus Petrus Martyr
 Angerius Mediolanensis, scriptor historicus. Quod
 etiam noui quendam impostorem, qui accepta ingen-
 ti pecunia olim persuaserat Carolo Geldriae Duci
 senio confecto, se preparaturum ei aurum potabile
 quo ita recrearetur, uix ut quadragenarius uideretur.
 Hec sunt similia et cognata huic fabule de Aescu-
 lone cocto, & in iuuenem restituto. Ferunt autem
 Medeam instituisse quedam exercitia, quibus mollia
 & effæminata corpora redderentur uegeta & im-
 busta. Hinc fama est, effæctis corporibus ætatem
 reuertentem restituisse. Quamquam & credibile est, Me-
 deam salubri medicamento prorogasse uitam Aescu-
 lonis in perdita ualetudine affecta q̄; ætate: fuit enim in
 herbarum & artis Medicæ perita.

CÆDES PELLÆ.

Spes est uirginibus Pelia genitore crectis

Artem suam parili reuircscere posse parente m.

HÆC fabula, quemadmodum docet Eryasius

Roterodamus, non intempestiue narrari potest, in
 quis falsa spe ductus, non solum inanem sumit op-
 ram, sed etiam maximum damnum facit: perinde
 si quis artem, quam uocant Alchimicam, exerceat.
 Nam ueluti Pelia regis filia à Medea persuasa
 tri-

rem dum student ad iuuentam reuocare, lebeti ferenti impositum necant ac perdunt: ita ille ab impostoribus persuasus & arte fretus, dum sibi promittit futurum, ut è stanno fiat argentum, & ex aere aurum, perdit omnem operam et opes quas impendit.

CERAMBUS IN SCARABEVM.

Hic ope Nympharum sublatus in aëra pennis Deucaliconas effugit inobrutus undas

QUIS QVIS hic fuit Cerambus, fingitur (ut opinor) transformatus propter similitudinem nominis in scarabeum, quem Græci per ὄνομαστοποιον uocant νέγαμλον, quasi νέγατα ἔχοντα, cornua habentem. Habet enim Scarabeus longa & ramosa cornua. Cur uerò fingatur tempore diluuii pennis tanquam alter Pegasus in altum sublatus & conseruatus à Nymphis, id relinquo ociosis ingenijs inquirendum. Est enim obscura & ignobilis fabula, tales sunt & cetera ferè omnes quas Ouidius hinc abriter attingit in describenda Medæ fuga ad Argem, neq; explicat.

TELCHINES A IOVE

SVMERSI.

Phœbeamq; Rhodon & Ialysios Telchinas.

IALYSII propter insignem improbitatem Græcis cognominati sunt Telchines, sicut olim in latiore Italico dicti sunt à latrocinijs Lestrygones. Vocantur enim Telchines apud Græcos mali Genij, qui homines illectos circumuolant, παρατὰ τὸ θέλα

I N T E R P R E T A T I O

*De sum
mibus p
uicis.*

yeap, quod est demulcere. Erant autem Ialsij, Diodorus scribit, fascinatores & malefici, qui bes, imbres, grandinem & niuem inducebant ad ferendam uicinis calamitatem, propter quam improbitatem iusto Dei iudicio tandem puniti sunt: N Ialsus insule Rhodi urbs, in qua habitabant, mersa est inundatione maris.

C O R I N T H I I E X F V N G I S N A T I

Corpora uulgarunt pluuiialibus edita fungis,

APVD Corinthum antiquitus homines runtur ex fungis nati, ob prim. euos incolas illius ci stultos & fatuos. Nam fungi prouerbio dicunt stolidi & stulti.

I A S O N I S E T M E D E A E D I V O R T I V M.

Flagrantemq; domum regis male, uidit, utro Sanguine natorum perfunditur impius ensis.

*De sum
mibus p
uicis.*

I A S O N I S & Medea diuortium, eorum liberorū tristis ac miserabilis interitus, ostendit nubia, quae inuitis uel desertis parentibus incunt non esse firma & foelicia. Postquam enim aestus aris deserbuit, amor in odium & iram conuertit, unde postea magnae calamitates existunt. Facto diuortio Iason Creontis filiam duxit, quam inuicissimum Medea crudeliter ulta, non solum filiam Creontis incendio perdidit, sed etiam suos ipsamet liberos in lauit: adeo ira, amor & crudelitas in ea exarserat.

O
lyfij,
qui n
nt ad
a imp
t: Na
ant, f

LIB. VII.
TAVRVS MARATHONIVS
ET CROMYONIA
SVS.

Te maxime Theseu

Mirata est Marathon Cretei sanguine tauri:

Quodq; suam securus arat Cromyona colonus.

THESEI temporibus tota ferè Græcia fuit
infecta latrocinij. In Marathone, qui est campus At-
tica, latrocinebatur quidam Cretenfis, cui nomen
Tauro. In Cromyone uico non procul à Corintho
quedam pugnax mulier, nomine Phea, quam pro-
ter feritatem ac turpissimos mores uulgus suum apa-
dicum appellabat. Alij item diuersis in locis: ut Peripheta,
Procustes, Cercyon, & Sinis: quos omnes persecutus
Theseus, morte multauit: eaq; uirtute, ac singulari
in Republicam beneficio, immortalẽ gloriam con-
secutus est. Dignum profectò exemplum quod nostri
Principes gloriæ cupidi imitarentur.

PESTILENTIA IN ÆGINA

ÆACO REGE.

Dira lues populis odio Iunonis iniquæ

Incidit exosa dictas à pellice terras.

POETÆ statuunt pestilentiam esse poenam
diuinam, eamq; infligi mortalibus propter duo pos-
simum peccata: uidelicet propter contemptum re-
ligionis, & libidinem. Hinc apud Homerum fingitur
Iuppiter iratus, propter contumeliã sacerdoti factam,
mittere Græcis pestilentiam. Itidem Ouidius hic

TAVRVS
H 3 fingit

INTERPRETATIO

fingit. Oenopios simili pœna adfectos esse ob adulterium Ægine: Ideoq; sic inquit:

Dira lues populis ira lunonis iniquæ

Incidit exosæ dictas à pellice terras.

Dum uisum est mortale malum, tantaq; latebat

Causa nocens cladis, pugnatum est arte medendi

Exitium superabat opem quæ uicta iacebat.

Significans eiusmodi pœnam diuinitus constitutam neq; auerti neq; mitigari posse ulla humana ope. Vocat enim mortale malum quod hominum arte mutari potest. Illud autem non caret ratione, quod Iuno fingitur inducere pestilentiam. nam per Iunonem intelligitur aër: et Physici tradunt uicium seu corruptionem aëris esse causam pestilentiae, ipsumq; aëra corrumpi & uenenato terræ uapore & multorum cadaverum foetore. Interdum etiam ex uicio aquarum gigni pestilentem morbum. Quas physicas causas omnes Ouidius eruditè complectitur, cum inquit:

Principio cœlum spissa caligine terras

Pressit, & ignauos inclusit nubibus æstus.

Constat & in fontes uicium uenisse lacusq;

Milliaq; incultos serpentum multa per agros

Errasse, atq; suis fluuios temerasse uenenis.

Corpora foeda iacent, uiciantur odoribus auræ.

Porrò similis descriptio pestilentiae extat apud Thucydidem lib. 2. belli Peloponnesiaci, quam Ouidius uidetur hoc loco imitatus. Pleraq; enim inde transtulit, sicut ex collatione utriusq; descriptionis

apparet

apparet. Thucydides scribit, oculos ægrotorū fuisse suffusos rubore, & linguam cum faucibus uisam esse sanguinolentam, & meatus spirandi coarctatos: Ad hæc, interiora corporis membra adeo uehementer arsisse, ut ægroti ne uestimenta quidem tenuia ex sindone ferre potuerint, neq; ullum medicinæ locum fuisse, ipsosq; medicos interiisse. Item ægrotos in exhausta siti adactos sese in gelidam aquam coniecisse, uel in puteos. Hæc Ouidius his uerbis reddit:

Viscera torrentur primò, flammæq; latentis
Inditium rubor est, & ductus anhelitus, igni
Aspera lingua tumet: tepidisq; arentia uentis
Ora patent, auræq; graues captantur hiatu.
Non stratum non ulla pati uelamina possunt,
Dura sed in terra ponūt præcordia, nec fit uet.
Corpus humo gelidū, sed humo de corpore fers
Nec moderator adest, inq; ipsos seua medentes
Erumpit clades, absuntq; autoribus artes.

Et paulo post:

passim positoq; pudore
Fontibus & fluuijs puteisq; capacibus hærent,
Nec sitis est extincta prius quam uita bibendo.

Deinde Thucydides refert, ipsa quoq; templa, in quibus homines sibi tabernacula fecerant, magnitudine mali ita perturbati, ut ignorarent quid agerent, fuisse repleta cadaueribus. funerum quoq; ritus à nemine seruatos, cadauera aut scædis & iniustis locis illata, aut per uim alienis rogis imposita.

INTERPRETATIO

Idem Ouidius refert, dum ait:

Ante sacros uidi proiecta cadauera postes.

De peste *Ante ipsas, quò mors foret inuidiosior, aras.*
Corpora missa neci nullis de more feruntur
Funeribus, neq; enim capiebant funera portæ.

[Aut inhumata premūt terras, aut dantur in altos

Indotata rogos, & iam reuerentia nulla est,

Deq; rogis pugnant alienisq; ignibus ardent.

Præterea inserti sunt duo loci, quos Ouidius à Virgilio mutuatus est: alter de equo bellatore ignaua morte uitam amittente:

Accr equus quondam, magnæq; in puluere fama

Degenerat, palma ueterumq; oblitus honorum,

Ad præsepe gemit morbo interiturus inertis.

Alter de hostia exangui & ad aras coincidente sine ictu,

mugitus uictima diros

Edidit, & subito collapsa sine ictibus ullis

Exiguo tinxit subiectos sanguine cultros.

Huius enim rei, nempe de exiguo sanguine, meminit

Virgilius & in Georgicis, ubi pestilentiam describit.

Et ego uidi anno M. D. XLIX. cùm horribilis

pestilentia hic in Borussia grassaretur, decollari mul-

lierculam in pago, cui nomen Laptæ, ex cuius mul-

ercule toto corpore tam modicus sanguis effluebat,

ut uolo continere potuisset.

MYRMIDONES EX
FORMICIS.

Que

LIB. VII.

QVÆ Latinis formice, Græcis μυρμηκας
dicuntur. Hinc propter agnationem nominis & na-
mram gentis, Poëta fingit Myrmidonas ex formicis
natos: idq; significat, cum ait:

Myrmidonasq; uoco, nec origine nomina fraudo,
Corpora uidisti, mores quos ante gerebant
Nunc quoq; habent, parcum genus est patiensq;
laborum,

Que sitiq; tenax & quod quaesita reseruet.
erant enim homines laboriosi & frugales, adeo etiã,
ut nullos in extruendis ædificijs sumptus facerent:
sed in cauernis subterraneis habitarent more formi-
carum, teste Strabone.

CEPHALVS AB AVRORA
RAPTVS.

Lutea mane uidet pulsas aurora tenebris
Inuitumq; rapit.

CEPHALVS fingitur ab aurora raptus
in uenatione, quia uenatores soliti sunt surgere ante
auroram, quasi aurora ipsos rapiente.

ORACVLVM THEMIDIS
CONTEMPTVM.

Carmina Naiades non intellecta priorum
Soluunt ingenijs.

THEMIDIS oracula significant pia & sana
consilia. Est enim Themis dea consiliorum, que
iustum & honestum suadet. Naiadum uerò oracula
significant stulta consilia, que dum Thebani sequuntur

I N T E R P R E T A T I O

tur & sanioribus consilijs anteferunt, in calamitate, eiq; re-
 tem publicam incidunt. Themis enim irata immitte congressu
 vulpem, à qua illorum agri diuexantur. Exemplum perij
 usurp.ri potest, si quando uel in Republica hominifto: Hinc
 nullius consilij anteferuntur prudentioribus: uel mora scu
 Ecclesia fanaticæ opinioniones pro oraculis habent
 Nam ubi sapientes à concilio remouentur: aut sine
 ra doctrina religionis fastiditur, illic uerè Naia
 pro Themide coluntur, imminetq; publica calamitas
 Vulpes aut. cuius hic fit mentio, dicta est Teumes
 à Teumesso colle ubi uersari solita est: fuitq; ut
 lephatus testatur, astutus & uaser Thebanorum
 stis, qui nulla neq; ui neq; fraude capi potuit. Quo
 nuper Marchiacus fuit latro cognomento Lepus
 quo Saxonia toto ferè septennio uexata est.

C E P H A L I I A C V L V M E T
 C A N I S .

Poscor & ipse meum consensu Lalapa mag
 SICVT Attila rex, quia acerimus fuit
 lator, dicitur habuisse gladium Martis: ita etiam
 phalus, quia insignis fuit uenator, fingitur hab
 iaculum & Canem Dianæ. Meminit Cephali X
 phon in lib. de uenatione, eumq; inter celeberrim
 uenatores numerat. Iaculum igitur nihil aliud sig
 ficat, nisi usum ac peritiam uenandi. Per canem
 in tollitur (ut arbitror) comes & minister qui
 am uenationis, cui nomen canis. Nam Ioannes Thommist
 tra scribit hunc ipsum à Mimoe missum fuisse Cephesariam

L I B. VII.

calamitate, eiq; reduxiffe Procrin reconciliatam: ac postea
immitte congressum cum Vulpe Thebanorum hoste simul cū
exemplum perisse, utrunq; nauigio ad scopulos maris fra-
gum hominū: Hinc et natam esse fabulam de ambobus in mar-
ibus: uel uia seu petras conuersis.

PROCRIS SVSPICAX TELO
INTERFICITVR.

Credula res amor est.

SVSPICIONES in matrimonio saepe af-
ferunt magnam calamitatem. Quare hoc exemplo
monemur, ne suspicionibus materiam aut locum
demus. Ita Ouidius ipsemet hanc fabulam accommo-
dat, de arte amandi, ubi inquit:

Ne cito credideris: quantum cito credere ledat
Exemplum uobis non leue Procris erit.

IN LIBRVM 117. 2.
OCTAVVM.

DE SCYLLA NISI FILIA
ET MINOE.

DISSIMILIA exempla hic obseruanda
sunt: alterum sceleris, alterum uirtutis. In Scylla ui-
ter qui imperatur scelus, quod ipsa in patriam et paterna
commisit: in Minoe commendatur uirtus impiam et
ipse Cepheariam puellam detestante:

Di te

INTERPRETATIO

Di te submoueat, ô nostri infamia secli .
Orbe suo, tellusq; tibi pontusq; negetur.

Obseruandæ sunt item exornationes sententiarum, quibus exprimuntur fluctuantis animi affectus & consideranda sunt argumenta, quibus Scylla utitur ad extenuandum proditionis scelus :

sepe utile uinci

Victoris placidi fecit clementia multis.

Iusta gerit certè pro nato bella preempto,

Et causaq; ualet causamq; tuentibus armis.

Sic enim plerunq; argumentantur proditores & parricide patriæ, prætendentes bonitatem, clementiam, iusticiam & potentiam hostis. Præter hoc etiam locus consideratione dignus est, ubi Scylla sic exclamat :

exige pœnas

Nise pater : gaudete malis modo prodita nostra
Mœnia.

Hoc nimirum solet esse præmium, hæc merces proditorum, ut tandem omnibus inuisi, & conscientie stimulo agitati, ipsimet imprecentur sibi pœna. Crimis autem fatalis significat secretum Nisi confitium, quo hostibus enunciato, urbs Megarensum prodita & capta est.

Similis historia narratur de Romilda Foro-
liensi, quæ cum in obsidione Foro iulij oppide confis-
cata esset Regem barbarum etate iuuenili florentem
quo oppidum obsidebatur, significauit ei per nuntium

cium se ci
duceretur

set, illa no
hostem in

ripi & on
propter

matrimon
lixis per u

PA

TA

us scribam
tradit: un

tan esse fa
nobilissim

nuptas, s
cittiam sua

torum ani

Creue

Matri

DIS

menti sunt
contumeli

ius inclus
testam

ci

L I B. VIII.

cium se ciues traditurum, si ab eo in matrimonium duceretur. Quod cum barbarus se facturum recepisset, illa noctu reserauit portam arcis, inscioq; populo hostem intromisit. Is uero ingressus est urbem diripi & omnes trucidari, præter E.ildam, quam propter religionem iurisiurandi illa nocte quasi in matrimonio habuit, postridie tradidit duodecim laxis per uices stuprandam: stupratam palo suffixit.

PASIPHAE MINOIS VXOR
TAVRI AMORE
CAPTA.

TAVRUM, quem Pasiphaë amauit, seruus scribam, Plutarchus ducem seu præfectum fuisse tradit: unde intelligi potest, ex nomine equiuoco nãtam esse fabulam. Exemplum uero Pasiphaës docet, nobilissimas mulieres magnis ac præstantibus uiris nuptas, sæpe libidinoso amore ita flagrare, ut pudicitiam suam prostituant hominibus turpissimis, brutorum animalium non dissimilibus.

MINOTAVRVS.

Creuerat opprobrium generis, foedumq; patebat Matris adulterium monstri nouitate biformis.

DISSIPATA fama adulterij, Poëtæ comimenti sunt fabulas, quibus Minos in Atticis theatris contumeliosè exagitatus est. Finxerunt enim uxore eius inclusam intra uaccam ligneam, & corio iuuenes testam, admisisse taurum; atq; ex eo concepisse

monstrum

I N T E R P R E T A T I O

monstrum bifforme, cui nomen Minotauro. Vocatur
autem Poeta Minotaurum non modo puerum adul-
terio conceptum, quasi Minois & Tauri filium: sed
etiam illum ipsum adulterum, quasi Minois taurum
proletarium. Fuit enim Minotaurus, qui à Theseo u-
ctus & occisus est ipse mæchus, teste Plutarcho.

L A B Y R I N T H V S.

L A B Y R I N T H V S fuit carcer in Creta
quem nihil incommodi habuisse testatur idem Pla-
tarchus, nisi quod nemo illinc euadere poterat. Era-
enim ædificium perplexis parietibus extructum. In
huius custodia cum liberi Atheniensium seruati tracta-
rentur indignius, fabulis celebratum est, illos in laby-
rintho aut deuorari à Minotauro, aut palantes erra-
tesq; necari.

D Æ D A L I E T I C A R I F A- B V L A.

D Æ D A L I aie significant uela nauium
Hæc enim ab illo inuenta dicuntur, estq; usitata sig-
nificatio alarum pro uelis, ut apud Virgilium:

Velorum pandimus alas.

Icari uerò lapsus admonet, ne efferamur altius quàm
pro nostra sorte: utq; teneamus in omni re mediocri-
tatem: id enim uult Poeta, cum inquit:

Instruit & natum, medioq; ut limine curras

Icare ait, monco, ne, si demissior ibis

Vnda grauet pennas, si celsior, ignis adurat,

Inter utrunq; uola,

Luciani

Lucianus in libello de Astrologia scribit, Deum
 illum fuisse Mathematicum, et filium Icarum docuisse
 Astrologiam, sed eum iuuenili seruore & persuasione
 doctrine elatum aberrasse à uero, & decidisse in
 errore rerum immensæ profunditatis. Ceterum in hac
 fabula duo sunt quibus inest multum gratiæ & sua-
 nitatis. Alterum ubi consuetudo & mos puerilis de-
 pingitur his uerbis :

puer Icarus unum

Stabat, & ignarus sua se tractare pericla.

Ore renidenti modo quas uaga mouerat aura

Captabat plumas, flauam modo pollice ceram

Mollibat, lusumq; suo mirabile patris

Impediebat opus.

Haec enim solent pueri, accurrunt ad parentes si quid
 noui præ manibus habere uident : interrogant quid
 agatur: attrahunt omnia: impediuntq; ipsos parentes
 labori intentos : quæ tamen impedimenta non tam
 molesta sunt parentibus quam iucunda, si ut illi no-
 uerint qui hæc sunt experti. Alterum ubi consuetudo
 familiaris & paterna sollicitudo exprimitur his uerbis:

Inter opus monitusq; genæ maduere seniles,

Et Patriæ tremuere manus, dedit oscula nato.

Hæc enim in diuina sunt, & ad naturam senum & ad
 amorem paterni amoris erga natos accommodata, quæ
 bene tractata siue à Poetis, siue ab Oratoribus, ade-
 mirabilem (ut inquit Cicero) eloquentiam faciunt.

Inuentor

I N T E R P R E T A T I O
I N V E N T O R S E R R Æ E T C I R
C I N I I N P E R D I C E M
A V E M.

Propter humum uolitat, ponitq; in sepibus o
Antiquiq; memor metuit sublimia casus.

P V E R, cui ascribitur inuentio serræ et circate gloria
idem inuenit quoq; tornum, & rotam, qua figu
utuntur: fuitq; Dædali ex sorore nepos. Eum hec fabula
perdicem, alij talum uocant. Dædalus de eius uisus describitur
suspectus & accusatus, Athenis profugit in Cretam, & l
Hæc omnia sunt historica: metamorphosis uero exciti, gest
conficta ex similitudine nominis, & accommodatulisq; e
ad naturam auis perdicis.

V E N A T I O A P R I C A L Y
D O N I I.

Misit aprum, quanto maiores herbida tauros
Non habet Epirus.

A P E R Calydonius, à quo Ætolia est uap
ta tempore Meleagri, fuit latro Phææ mulieris fili
quam Poëta suam Chromyoniam uocant. Nam
Strabo refert, ex Chromyonia sue Calydonius ap
procreatus est. Huius meminit Phoenix apud Hom
rum in Oratione ad Achillem lib. 9. Iliad: unde
sumpta est fabula. Non mirum autem uideri debet
tot principes Græciæ, quod hic numerantur, corn
nisse & sumpsisse arma aduersus hunc latronem: c
constet Senatam populumq; Romanum totis uirib
con

L I B. V I I I.

consurrexisse aduersus Spartacum gladiatorem, qui
 Campaniam latrocinio depopulatus est. Huic apro
 Calydonio assimilari possunt heretici, à quibus uinea
 Domini hodie uastatur. Utinam uerò inter Monar-
 chas orbis existat Mcleager, qui accensus non cupidi-
 et circate gloriæ, sed amore ueritatis, congreget Synodum
 uia figuæuersus eiusmodi apros, Ecclesiam uastantes. Porrò
 Eum hæc fabula continet pulcherrimas hypotyposes, quæ
 eius uetus describuntur: primum personæ et officia uenato-
 Creteum, & loca cincta indagine: deinde impetus apri
 uerò exciti, gestusq; eorum, qui illum rucem iaculis ue-
 natoribusq; excipiunt. Describuntur item uarij casus,
 quales incidunt in uenatione, cum alij tela improuidè
 dirigunt, et sauciantur à feris: alij metu perculsi dese-
 runt stationem, in qua collocati sunt. Inter hos uerò
 casus, duo notabiles sunt: alter Nestoris uiri pruden-
 tis quidem, sed parum strenui, qui terrius conscen-
 dit in arborem, ita tamen ut strenuus appareat. Nam
 hoc illius factum Poëta commodis uerbis honestat, cū
 inquit:
 sumpto posita conamine ab hasta
 Arboris insiluit, quæ stabat proxima, ramis.
 Alter Ancæi hominis temerarij & iactabundi, qui
 omnes præ se contemnens, ita se iactat:
 Discite scæmineis quid tela uirilia præsent
 Ottauenes, operiq; meo concedite dixit.
 Ipsa suis licet hunc Latonia protegat armis,
 Inuita tamen hunc perimat mea dextra Diana.
 Sed iactantia et nimia audacia qualè habet exitū?

I N T E R P R E T A T I O

Talia magniloquo tumidus memorauerat ore,
 Ancipitemq; manu tollens utraq; securim
 Institerat digitis primos suspensus in artus:
 Occupat audentem, quaq; est uia proxima leto
 Summa ferus geminos direxit in inguina dente
 Concidit Ancaeus, glomerataq; sanguine multo
 Viscera lapsa fluunt, madefactaq; terra cruore est
 Itaq; prudenter Theseus, ut ostendat illam iactantiam
 ac nimiam audaciam non esse uiri fortis:

ô me mihi carior inquit:

Pars anime subsiste mee, licet eminus esse,
 Fortibus, Ancaeo nocuit temeraria uirtus.

Ac potest hoc ipsum, LICET EMINUS
 ESSE FORTIBVS, usurpari uice prouerbis
 uel ioco, cum aliquis audaculus irridetur, cominus
 ab hoste pulsatus, uel serio, cum amicus à nobis admo-
 tur, ne uelit esse propior periculo, praesertim alieni
 illi quoq; uersiculi in hac uenatione obseruandi sunt.

Immanemq; feram multa tellure iacentem

Mirantes spectant, neq; adhuc contingere tutum

Esse putant, sed tela tamen sua quisq; cruentat.

Est enim exemplum simile apud Homerum, ubi occisus
 Hectore ab Achille, omnes inferunt cadaveri uulnera
 ra, quorum nemo ausus fuisset aggredi illum uiuentem.
 Estq; uerum quod dici solet: Leonem mortuum
 stiam mordent catuli.

CONTENTIO DE EXV
 VIIS APRILIS.

irridet

L I B. VIII.

Inuidere alij, totoq; erat agmine murmur:

Interfecto apro Calydonio, oritur altercatio
inter heroës de uictoria:et postea ex altercatione cæ-
des. Nam Plexippus & Toxeus Meleagro inuiden-
tes, mouent contentionem de exuijs apri. Ita au-
tem fieri solet, ut sæpissimè inter amicissimos, labo-
rum & periculorum socios, de exuijs apri, hoc est,
de leuissimis rebus moueantur contentiones, quæ as-
serunt Reipublicæ magnam calamitatem.

MELEAGRI FATVM.

Stipes erat, quem cum partus enixa iaceret
Thetias, in flammam triplices posuere sorores.

QVÆ de fatali stipite referuntur in ignem
posito, intelligenda sunt haud dubiè de magicis exe-
crationibus, quibus Althæa Meleagro imprecata est
mortem. Nam Homerus testatur eam orasse Pluto-
nem & Proserpinam, ut filio mortem afferrent, ex
quo sane manifestū est, eam magicis ministrijs usam
esse. At uerò, quantus dicendi artifex sit Ouidius,
nusquam apparet melius, quàm ex rebus tragicis, in
quibus describendis ac tractandis ita mirificus est, ita
regnat, ut omnes cogitationes, affectus & motus ani-
morum in potestate & quasi in manu sua habere ui-
deatur: sicut apparet ex fabula Thibes, Medæ, Pro-
gnes, Scyllæ, & in primis ex hac fabula de Althæa
flagrante cupiditate uindictæ. Non est enim cuius-
uis artificis, depingere & exprimere uerbis talena
ho minis imaginem, in qua contrarij affectus, ira, me-

INTERPRETATIO

tus, indignatio, & misericordia, simul exprimantur
qualem ipse effingit, cum de Althæa ait:

Sepe metu sceleris pallebant ora futuri,
Sepe suum feruens oculis dabat ira ruborem,
Et modo nescio quid, similis crudele mimanti
Vultus erat, modo quem misereri credere posses,
Cumq; ferus lacrymas animi siccauerat ardor,
Inueniebantur lacrymæ tamen: utq; carina
Quam uentus uentoq; rapit contrarius æstus,
Vim geminam sentit, paretq; incerta duobus:
Thestias haud aliter dubijs affectibus errat,
Inq; uices ponit, positamq; resuscitat iram.

Magna autem uis eloquentiæ est, ut sepe ad
monui, in illis contentionibus seu luctis animorum,
quales necesse est existere in hominibus facinora
machinantibus. Nemo est enim tam sceleratus, cuius ani-
mus non sepius reluctetur & reprehendat suum fu-
rorem, antequam obsequitur affectibus. Adhæc quæ
illa sunt tragica? quæ ab Althæa dicuntur:

Eumenides sacris uultus aduertite nostris.
Ulciscor, facioq; nefas, mors morte pianda est.
In scelus addendum scelus est, in funera funus.
Per coaceruatos precat domus impia luctus.

Est itaq; inter præcipua eloquentiæ exempla hæc
quoq; Althææ disputatio seu deliberatio obseruanda,
qua uix potest quicquam cogitari artificiosius.

MELEAGRI SORORES IN AVES
MELEAGRIDES.

Sicut

SIC
anno in
dicuntur
Bœotiam
isse Mele-
est, maxi-
des esse e-
dia nupe-
Nam Plu-
ac uarijs
auium a-

PER

In tot

Et
effecit, p-
effecta. e-
gerente
in mari i-
terræ in-
stanti re-
dit: Hoc
extitisse
Neptuni
quod rer-

B A

B

spitalita

L I B. VIII.

SICVT peregrinæ quædam aues nono quoq; anno in Prusiam aduolant, quæ uulgò Parysiæ aues dicuntur: ita certis temporibus aues ex Africa in Bœotiam aduolant, quas Poëtæ fingunt sorores fuisse Meleagri, quia locum, ubi Meleager tumulatus est, maximè frequentant. Videntur autem Meleagrides esse eadem aues, aut non dissimiles ijs: quæ ex India nuper allatæ sunt, ac uocantur Gallinæ indicæ. Nam Plinius refert esse gallinarum genus gibberum ac uarijs sparsum plumis: nouissimumq; peregrinariū auium admissum in mensas, propter ingratiū uirus.

PERIMELE HIPPODOMANTIS
FILIA IN INSVLAM.

In totidem medijs, quod cernis, Echinadas undis.

ECHinades insulæ, quas inundatio & alluio effecit, pocticè finguntur ab Acheloo & Neptuno effectæ. Quia ui aquarum uel interrumpente uel aggerente terram insulæ nascuntur. Emergunt etiam in mari insulæ, quando aut aqua recedit, aut spiritus terræ inclusus, potens atq; acris ipsam terram sibi luæstanti resistantem attollit, & magno impetu protrudit: Hoc igitur modo Ouidius indicat & Perimelen extitisse, cum ait, illam fuisse seruatam beneficio Neptuni, ne mergeretur: ita ad fabulas transfertur, quod rerum natura fecit.

BAVCIS ET PHILEMON.

BAVcidis & Philemonis fabula docet, hospitalitatem ac frugalitatem Deo gratam esse. Idem

I N T E R P R E T A T I O

Docent sacræ literæ, quæ testantur angelos sub specie
humana sæpe nobiscum uersari. Ideoq; hospites liben-
ter accipiendos & humaniter tractandos esse. Veri-
simile est autem hunc Philemonem fuisse uillicum
ipsum Ouidij: nam ita solent Poëtæ interdum suos
celebrare occasione data. Ac uidetur Ouidius hilari
animo fuisse, cum scriberet hanc fabulam. Descripta
est enim admodum lepidè & festiuè, habetq; multas
hypotyposes aptas et iucundas, quibus decorè effin-
gitur gestus Baucidis ignem excitantis, & Philemon-
nis bicorni furca leuantis:

Sordida terga suis nigro pendentia ligno.

Item cura collocandæ mensæ, cui erat pes tertius im-
par, testa parem fecit. Adhæc apparatus rusticus &
frugalis, humanitas erga hospites, & hypotyposis
illa anseris, uelocitate sua fatigantis senes:

Ille celer penna, tardos ætate fatigat.

Eluditq; diu.

P R O T E V S.

METAMORPHOSIS Protei non minus uarias alle-
gorias, quàm ipse formas recipit. Hanc Diodorus
Siculus exponit de uarietate insignitum, quibus Pro-
teus Ægypti rex more ueterum regum sese ornat.
Nam priscis Ægyptiorum regibus morem fuisse
scribit, ut insigne aut leonis, aut tauri, aut ignis, aut
arboris, in capite gestarent. Philippus Melanthon
in declamatione de artibus liberalibus refert ad in-
telligentiam, quæ se in omnes quasi species transforma-

mat:

mat: motus, ut mihi uidetur, autoritate Virgilij, qui de Proteo cecinit hunc in modum:

nouit namq; omnia uates,

Quæ sint, quæ fuerint, quæ mox uentura trahantur.

Plato in Euthydemo exponit de fallacijs, quibus Sophiste in disputando quasi præstigijs utuntur.

Scribit. n. ipsum Protea fuisse Sophistam Ægyptium.

Alij exponunt de natura rerum, quæ gignit uarias species: Alij de diuersis uestimentorum formis, quibus Pallenci ciues olim utebantur. Est enim Pallene uetusta Achaica ciuitas, Protei patria, in qua diuersæ uestimentorum formæ olim fiebant, teste Suida.

Est & erudita Protei allegoria, quæ extat apud Cælium Calcagninum, is per Protea intelligit ueritatem, quæ in abdito latens, non facile potest deprehendi: atq; ait, illum hac de causa fingi in antro obdormiscere, & comprehensum uera dicere: In uarias autem transire formas, quia dum ingenium ad ueritatem indagandam ratione ducitur, uariæ oriuntur formæ, quæ ueritatis speciem habent, hoc est, falsæ opiniones, quibus deludimur: multa enim putamus esse uera, quæ non sunt. Quò plura uerò simulacra seu commenta opinionum nobis obijciuntur, eò inspicandum acrius, donec Proteus redeat in suam formam, hoc est, ueritas illucescat. Sumpta est autem fabula ex Odyssæa, ubi Homerus fingit Protea in uariis formis se mutantem à Menelao capi: quem locum & Virgilius in Georg. imitatus, ad fabulam Aristei transfert,

INTERPRETATIO
INGENS QUERCUS

mensuraq; roboris ulnas

Quinq; ter implebat.

VIDETVR quidem hyperbolica hæc descriptio arboris, cuius mensura quindecim ulnas impleat: Sed Petrus Bembus in historia Veneta scribit arbores reperiri sub polo antarctico tantæ magnitudinis, ut eas capere nequeat complexus uiginti hominum extremis manibus sese cōtingentium. Idem testatur Hieronymus Cardanus, cuius uerba sunt hæc lib. 8. de subtilitate: Pingui alimento arbores crescunt non salso, ob id pinguisimum & minimè salsum die solum existimandum est, quòd in immensum crescant arbores. Referunt enim ibi quandam inuitam è Zebeli genere (nam hoc est arboris genus optimium maximè) trifidam inter cæteras, cuius singulorum trunci uiginti pedum ambitu cingebantur. Spacia uero ipsa inter truncos iuxta terram totidem pedibus per ipsa uerò spacia currus onustus pulchrè duci poterat. At ubi trunci in unum coibant, hoc autem terra procul pedibus quindecim, erat crassitudo roboris pedum quadraginta quinq;. Ab ima parte crassiores trunci ad locum ubi primo prodibant rami pedes so. Superior pars ex qua rami pendebant absq; mensuræ modo.

ERISICHTONIS FILIA IN
VARIAS FORMAS.
ERISICHTON *absumptis per luxum facta*

tatibus
filiam
ficare t

At qu
erat us
ribus f
Hinc p
omni a
Erasmi
Fieri a
Sumpt
Histor
Impera
centun
co certi
niam n
merito
est eti
miserr
elestia
uidit
phthir

I

tatibus

tatibus, cum ad extremam egestatem redactus esset, filiam nomine Metram prostituisse fertur: idq; significare uidetur Ouidius, cum inquit:

Sæpe pater dominis Triopëida tradit.

At quoniam eo tempore nondum argenti & auri erat usus, uaria munera illi afferebantur ab amatoribus filia, aut aues, aut equi, aut boues, aut ferae. Hinc per iocum dicta est Metra Erisichtonis uerti in omnia, quæ ab amatoribus donabantur. Sic exponit Erasmus hanc fabulam in Chiliadibus adagiorum. Fieri autem potest, ut Erisichton non solum luxu absumpserit facultates, sed etiã inexplebili uoracitate. Historiæ tradunt quendam fuisse apud Aurelianum Imperatorem, qui uno die comederit aprum integrũ, centum panes, ueruecem & porcellum. Tali famelico certè mediocres facultates non sufficiunt. Ac quoniam nullum est peccatum grauius impietate, non immeritò impius Erisichton ea afficitur pœna, qua nihil est etiam durius: Nam fame mori est durissimum & miserrimum genus mortis. Eusebius in historia Ecclesiastica scribit, Herodem regem Iudeorum similitudine uorandi à Deo punitum fuisse: nec tanã phthiriasi quàm fame extinctum esse.

IN LIBRVM NONVM.

INTERPRETATIO
HERCVLES CVR IOVIS
FILIVS.

Iuppiter aut falsus pater est, aut crimine ueritatis

HERCVLES, quod omnia animi sui uirtutum, et
bus inferiora duceret, habitus est Iouis filius: nam
ueteres clarorum uirorum originem, propter uirtutem
tem excellentem, referebant ad eos. Neq; enim humanum
num sed diuinum est, subire pericula pro salute Reipublice:
aduersis rebus non terreri, non consternari, sicut Hercules
in pacando orbe fecit.

ACHELOI ET HERCVLIS
LVCTA.

ACHELOVM extra ripas saepe diffusum, et
tem, et efficientem agri uastitatem, Hercules con-
cui aggeribus, et aquarum ductibus: sicut apud
nos in Prussia Teutonici Mariani olim coercuerunt
inundationes Istule, altero ostio eius patefacto, et
aggeribus ad utranq; ripam congestis. Hoc Herculis
opus comparatur luctationi: ipse enim cum Acheloio
dum eius uim et inundationem coercet, quasi luctatur
tus est. Sunt in hac fabula uersus, ad usum et rationem, et
nem prouerbij accommodati. Nec tam

Turpe fuit uinci, quam contendisse decorum:
Magnaq; dat nobis tantus solatia uictor.

His siquidem uersibus uti poterit qui insigni aliquo
certamine, uel a doctiore uel a potentiore superato et
est. In hanc sententiam Hannibal apud Liniuum alloquitur
cutus Scipionem, si hoc (inquit) ita fato datum erit, si

ut qui primus bellum intuli populo Romano: quique
 toties propè in manibus uictoriam habui, is ultro ad
 petendam pacem uenirem, lætor te mihi potissimum
 datum, à quo peterem. Tibi quoque inter multa egre-
 gia non in ultimis laudum fuerit, Annibalem, cui de
 Romanis ducibus uictoriam dii dedissent, tibi ces-
 sisse. Similiter usurpari possunt loco prouerbij etiam
 uersus: *melior mihi dextera lingua.*
Dum modo pugnando superè, tu uince loquendo.

Alphonsus rex Neapolitanus bellum illaturus
 florentinis, dicitur his uersibus respondisse oratori
 florentino, minas iactanti.

ACHELOVS IN SERPEN-
 TEM ET TAVRVM.

Inferior uirtute, meas diuerto ad artes,
 Elaboroque uiro, longum formatus in anguem.

ASSIMILATVR Achelous tum serpen-
 tem, propter obliquam longitudinem: tum tauro, pro-
 pter alucorum flexus, qui cornua uocantur: et pro-
 pter raucum strepitum, quem edit similem taurino
 sono, teste Strabone.

CORNV COPIÆ.

Naiades hoc pomis et odore flore repletum
 Sacrarunt, diuesque meo bona copia cornu est.

PER cornu copiae significatur ubertas agro-
 rum et abundantia omnium fructuum. Eo enim loco,
 ubi Achelous antea stagnabat, agri Calydoniorum
 sunt fructuosissimi, postquam exsiccati fuerunt.

ANGVES

INTERPRETATIO

ANGVES AB HERCVLE INFA
TE STRANGVLATI.

Cumarum labor est angues superare mearum
 AB ipsis incunabulis natura dat indicia ex
 lentis animi, futuraeque magnitudinis et virtutis
 ut significarent Poetae, sinxerunt Herculem ex
 uiri fortis ac magnanimi, infantem pusillis man
 stragulasse angues. Nemo enim fit (ut dici solet)
 cellens, nisi cui natura quasi suffragatur nascens
 maior ille Africanus Scipio, quali indole esset,
 lescentulus in pugna ad Ticinum declarauit, ubi
 trem ab hostibus recepit : cumque Hispaniense bel
 sibi depoposcit, obstupefactis alijs & contradic
 bus. Sic & Octauius Caesar qualis esset futurus
 se tulit, cum puer aduersus Antonium se belli d
 professus est. Huc alludens Ouidius libro primi
 arte inquit :

Parcite natales timidi numerare deorum,
 Caesaribus uirtus contigit ante diem.
 Ingenium caeleste suis uelocius annis
 Surgit, & ignaue fert mala damna mori
 Paruus erat, manibusque suis Tirynthius angu
 Pressit, & in cunis iam Ioue dignus ere

LERNEA HYDRA.

Vulneribus foecunda suis erat illa, nec unquam
 De centum numero caput est impune reci
 Quin gemino ceruix haerede ualentior esset.

HYDRA

LIB. IX.

HYDRA, ut Plato scribit in Euthydemo,

fuit Sophista ex Lernæo oppido, qui Hercule male
 infectatus est: cuius Sophistæ uno capite, hoc
 argumento sermonis amputato, plura renasce-
 antur. Nihil est enim sophistica fecundius: hæc,
 una ratione confutata, plures statim suggerit.

Tzetza per Hydram intelligit plurimos fra-
 tres seu aduersarios ὁμοψυχούντας, quorum uno
 Hercule occiso, subinde alij atq; alij prodierunt in
 certamen, donec omnes obruncati sint. Horatius
 epide transfert allegoriam Hydræ ad inuidiam:

diram qui contudit Hydram

Comperit inuidiam supremo fine domandam.

Est enim inuidia monstrum innumeris armatum ca-
 pitibus, quorum uno reciso, protinus duo suppullu-
 ant in eius locum.

HERCVLIS LEONINA
 PELLIS.

Mox ut erat pharetraq; grauis spolioq; leonis.

HERCVLIS leonina pellis significat, uirū
 fortem oportere non fallacijs, sed uirtute tectum
 esse: neq; insidijs, sed aperto Marte pugnare. Hinc
 Plutarchus in uita Lysandri refert, Lysandrum uirū
 uersutum irrississe eos, qui iudicabant hoc dignū pro-
 prie Herculis, ut sine fallacijs belligerarent: aitq;
 ueritatem dicere, quò leonina pellis non attingeret, as-
 piciendam esse uulpinam.

NESSI CENTAVRI DOLVS.

Dat

I N T E R P R E T A T I O

Dat munus raptae, uelut irritamen amoris.

E X E M P L V M

Nesi monet, ut caueamus ubi fama est
ne decipiamur simulata & ficta hostium beneuolentia in
tia: ac reprehendit stultitiam eorum, qui credunt uiam ar me
nena habere uim et illecebram amoris. Simili ferè dicitur Græcia
lo, & beneuolentiæ simulatione usa est Medea, cuius corpor h
Creontis filia misit dono coronam naphtha illitam, uidelicet
qua illam perdidit.

Q U E R E L A H E R C U L I S , C O N T R A
N E N S E N U M E R A T I O N E M
R E R U M A B I P S O G E -
S T A R U M .

Ergo ego foedantem peregrino sanguine temptaui
Bujirim domui.

HÆC querela sumpta est ex Sophocle, qui
quem in Trachinijs Hercules magnitudine dolorum
eiulans, eodem modo, quo hic enumerat suas res
stas. Quæ uerò de monstris ab Hercule domitis
duntur, intelligenda sunt partim de Tyrannis, partim
tim de latronibus, cum quibus ille belligeravit.

BVSIRIS ET ANTÆVS fuerunt reges
potentes et crudeles: quorū alter in Ægypto, alter
Lybia tyrannidem exercuit: ob quam uterq; etiam
Hercule debellatus & occisus est: Bella enim,
Hercules gessit, fuerunt pro communi hominum
lute suscepta, ad liberandum orbem à tyrannide
latrocinio. Antæi meminit Plutarchus in uita Sertorij,
ac tradit eius cadauer à Sertorio effossum, quod
ginta cubitorum fuisse.

moris. GERIONÉS regnauit in insulis Hispaniæ,
 t caueam ubi fama est tantam pabuli læticiam esse, ut nisi ab
 beneuolentia impediatur sagina, pecora rumpantur: unde
 credunt uenturam armenta eius fuerunt tantæ fame, ut Hercule
 mili ferè dicitur Græcia prædæ magnitudine illexerint. Is fingitur
 Medea, cuius corporis habuisse tres animas, propter tres insua
 bta illitas, uidelicet Balearicam maiorem, minorem & Ebus
 am: quas cum fratribus concors tenuit. Erant
 CONTEMPTUM (ut Iustinus scribit) tres fratres tanta inter se
 NEM concordia, ut esset una et eadem eorum uoluntas.

GE Iouinianus Pontanus in proœmio libri septimæ
 de rebus cœlestibus, fabulam Gerionis physice ita ex
 quine tempore: Poetæ (inquit) qui primi de natura rerum per
 abulationes quasi quasdam scripsere, Petre Bembe,
 phocle, aduadunt Gerionem quendam regnantem ad Hispani
 ine dolorum cum Oceanum tres animas, tria etiam corpora ha
 suas res habuisse: hisq; tribus fuisse usum: nimirum triplex cor
 domitis corporis genus, triplex animæ genus, mirificis his etiã
 rannis, quæstis innuere uoluerunt. Siquidem genus unum est
 erauit. corporis, arborum, herbarumq; proprium, idq; à
 fuerunt regetatione solaq; corporis ipsius alimonia atq; enua
 ypto, altera tione uegetabile dictum est: animæq; huius aliud
 erq; etiam officium est nullum, præterquam educatio. ipsa sola
 a enim, quæli etiam inheret corpori, neq; extra se quicquam
 i hominum mouet, nisi quantum succos ipsos, è quibus uegetatur,
 yranide se trahit, attrahendo corpori insinuat, in proceris
 in uita seruemq; couertit. Secundum corporis atq; animæ
 fossum, scilicet unus est, quod à sentiendo nomen duxit. Nam et cor
 pus

I N T E R P R E T A T I O

pus ipsum mouetur per loca, et uictum hic atq; illi
 queritando alitur: & anima ipsa uidendo, audiendo,
 olfaciendo, gustando sic afficitur, ut corpus ipsum
 moueat, impellatq; ad ea exterius querenda, quæ
 futura sentiat: contraq; ad ea fugienda, quæ uidean-
 tur nocitura. Neq; enim sine motu esse ipsius open-
 potest ulla, aut motus aliquis per loca corporeus
 suus absq; sensu. Hæc ipsa anima uiribus his suis
 per uisum, per auditum, per olfactum, extra corpus
 ipsum penè egressa, ea quæ extrinsecus posita sunt
 uidetur sentire: atq; ita quidem sentire, ut diiudicet
 quid ex illis profuturum atq; obfuturum nature
 suæ: indeq; sentiens anima uocatur. Atq; hæc quidem
 corporis & animæ duo genera naturaliter serui-
 sunt, tertioq; illi quod rationale genus est, animæ
 diunt. Hoc aut ipsam rationalem animæ genus quæ
 tum à uegetante atq; sentiente recedit anima, tamen
 superiori illi nature aut potius (ut nunc loquuntur)
 essentiæ, quæ diuina dicitur, sese adiungit atq; in-
 rescit. Quo circa aliud quoddam corpus huic ratio-
 nis animæ generi attribuitur, tum figura tum tem-
 peratione diuersum, ut si & uegetetur et sentientia
 utatur uiribus, ueluti ea corpora, quæ cum uegeta-
 lia tum sensibilia dicta sunt, tamen alio quodam
 modo & figuratiōe & membrorum dispositione,
 humorum præcipuè temperatione affectum est.

Similiter Hesiodi interpres allegoriam e-
 dem fabulæ ad Physiologiam refert, intelligens

rine Her-
 nis, hoc e-
 nis nomi-
 mo, prop-
 tumultum
 pico conu-
 autem Ge-
 radinem s-
 ne, hoc est
 petita lon-
 CE
 miferis tra-
 quod Mole-
 ribus rex,
 am Proser-
 Pirithous
 serpina m-
 & ab eo
 tentus est,
 ficta est fa-
 herato, de
 Lconicenu
 Milestum
 conie pro-
 tudine &
 terfecerit
 panem inf-
 quosq;

me Hercules solem, propterea quòd is uerè sit iunior
 nis, hoc est, aëris cœliq; decus & gloria: & Geri-
 onis nomine, hyemen à uerbo γερών, quod est, cla-
 mo, propter hyberni temporis quasi clamorem seu
 tumultum, quem Sol uincit et perimit à brumali tro-
 pico conuersus ad æquinoctium uernum. Per boues
 autem Gerioni ereptos, intelligit tonitrua ob simili-
 tudinem soni: propterea quòd ea fiant occiso Gerio-
 ne, hoc est, finita hyeme. Sed hæc allegoria uidetur
 petita longius.

CERBERVS, quem Hercules fingitur ab
 inferis traxisse, fuit regis Molossorum canis. Nam
 apud Molossos, teste Plutarcho, erat Hercules tempo-
 ribus rex, qui habebat uxorem nomine Cererem, fili-
 am Proserpinam, & canem Cerberum. Ad hunc cum
 Pirithous & Theseus accessissent, ut filiam eius Pro-
 serpinam raperent, Pirithous cani Cerbero obiectus,
 & ab eo deuoratus est: Theseus uerò in uinculis de-
 tentus est, donec ab Hercule liberaretur. Hinc con-
 ficta est fabula de Theseo per Herculem ab inferis li-
 berato, deq; inferorum canem simul abducto. Nicolaus
 Leonicensus tamen de uaria historia scribit, Hecateum
 Milesium autorem Græcum tradere, in Tenaro La-
 conia promontorio fuisse serpentem horribili magni-
 tudine & forma, quem Hercules iussu Euristhei in-
 terfecerit: eumq; ab incolis illius loci dictum fuisse
 canem inferorum, propterea quòd erat solitus obui-
 os quosq; uenenato morfu, & afflatu necare.

INTERPRETATIO
AVGIÆ STABVLVM congesto
mille boum fino repletum, fuit ipsius Augiæ reg
aula, luxu perditâ, ac plurimis uicijs inquinata: quæ
occiso Tyranno, Hercules expurgauit.

DIOMEDES sanguine & uisceribus homi

num equos pauisse fingitur, cò, quod magnum in ad

equitatum partim latrocinijs, partim intolerabilibus

tributis & exactiõibus aluit. Erasmus Rotero

in adagio, Diomedea necessitas, refert ex Aristop

nis interprete Diomedem solitum hospites suos com

pellere ad stuprum faciendum cum filiabus suis

formissimis: & stupro factò, illos interemisse: & t

ob causam Diomedis filias à uiris agitatâs, dictâs

equas, quæ pabuli uice humana carne uescerentur.

STYMPHALIDES AVES erant

dones, qui circa Stymphalum oppidum et lacum

cadie latrocinabantur: id quod conijcere licet ex

uersibus Claudiani:

Audieram memorande tuas Stymphale uolunt

Spicula uulnifico quondam sparsisse uolatu.

Nam cum ait, sparsisse tela seu spicula, non obscure

dicat, fuisse prædones armis instructos. Hæ uerò

in primis infestæ sunt mercatoribus: & relictâ

cadia comigrarunt in multas Germaniæ regiones.

TAVRVS, CERVA, LEO, &

prepotentes & nobiles latrones numerandi sunt.

horum animalium uel insignia uel nomina gesserunt.

quanquam fieri etiam potest, ut Hercules, quem

Chilias. 4
cont. 9.

modum
morabil

D
fert) me

præbe
meatu e

depopu

C
qui prim

tur bime

ret mixt

cules qu

C
esset Eu

oppressu

censo, u

proptere

Mag

astorum

Maurita

sa dictu

humeris

IN

At ua
Esse
I
tamen à
les indign

modum Sanson, incidit fortè in leonem, cumq; memorabili casu interfecerit:

DRACO pomarij custos, fuit (ut Plinius refert) meatus maris flexuosus, qui procul spectantibus præbebat effigiem longi ac tortuosi draconis. Eo meatu erant cincti Hesperidum horti, quos Hercules depopulatus est.

CENTAVRI fuerunt populi Thessaliæ, qui primi equites fuisse perhibentur: ac ideo finguntur bimembres, quoniam in equitibus procul apparet mixta species equi & uiri. Cum his populis Hercules quoq; pugnauit.

CACVS fuit princeps Campaniæ, qui cum esset Euandro infestus, duce Hercule ab Arcadibus oppressus, et fumo necatus est, igne in spelunca succenso, ubi sese abdiderat. Is fingitur expuisse ignem, propterea quod incendijs omnia deuastabat.

Magnam quoq; gloriam Hercules consecutus est astrorum Sphæra in Græciam allata, quam Atlas Mauritanix rex paulò ante inuenerat. Et hac de causa dictus est alter post Atlantem sustinuisse cælum humeris.

INDIGNATIO HERCVLIS

ADVERSVS DEVM.

At ualet Euristheus: & sunt qui credere possunt
Esse deos.

ILLVD quidem minime est heroicum, sed tamen à mortali homine non alienum, quòd Hercules indignatur & irascitur, ut incuset Deum, quasi

INTERPRETATIO

res humanas nihil curet. Nam cum boni in hac uita
affligantur calamitatibus, et improbi bene habeant,
certè humanus animus, nisi doctrina Christiana con-
firmatus, non potest aliter statuere, nisi aut nullum
esse Deum, aut res humanas nõ esse Deo cure. Quam
humanæ mentis cogitationem Poeta Claudianus erue-
ditè complexus est his uersibus :

Sæpe mihi dubiam traxit sententia mentem
Curarent Superi terras, an nullus incesset
Restor, et incerto fluerent mortalia casu.
Nam cum dispositi quæsissem fœdera mundi
Præscriptosq; maris fines anniq; meatus,
Et lucis noctisq; uices: tunc omnia rebar
Consilio firmata Dei, qui lege moueri
Sidera, qui fruges diuerso tempore nasci,
Qui uariam Phœben alieno iusserit igne
Compleri Solemq; suo, porrexerit undis
Littora, tellurem medio liberauerit axe.

Sed cum res hominum tanta caligine uolui
Aspicerem, Letosq; diu florere nocentes
Vexariq; pios: rursus labefacta cadebat
Religio, causæq; uiam non sponte sequebar
Alterius, uacuo qui currere semina mundo
Affirmat, magnumq; nouas per inane figuras
Fortuna non arte regi.

LYCHAS IN SCOPVLVM.

LYCHÆ exemplum docet, ministeria, præ-
sertim in aulis, esse periculosa. Sæpe enim famulis
ministra

ministris i

H

Quad

Q

nibus deo:

quit Cicer

mortales

I

BE

pœna ap

lium per

urnis et

mum inc

rantia lib

mines fut

rum et u

dè expon

niium for

De

secnte, pr

Ore p

ID

uocant, n

la tamen

L I B. I X.

ministris iniunguntur, quæ comparant ipsis exitium.

HERCVLES IN DEVM.

Quadrijugo curru radiantibus intulit astris.

QVI Herculem & cæteros Heroes ex hominibus deos consecrarunt, indicare uoluerunt, (ut inquit Cicero de Legibus,) omnium quidem animos immortales esse, sed fortium ac bonorum diuinos.

VRNÆ BELIDVM.

urnisq; uocarunt.

Belides.

BELIDES Danaï regis filia, hoc genus poenæ apud inferos pendent, ut assiduè aquam in doliolum pertusum, urnis similiter pertusis inferant. His urnis & huic dolio Plato in Georgia assimilat animam incontinentem, qui effusis in omni intemperantia libidinibus agitatur. Eisdem persimiles sunt homines futiles, qui, ut ille Terentianus, pleni sunt rimarum & undiq; effluunt. Potest etiam allegoria lepidè exponi de fisco principis, quem omnes omnium cinium fortune explere nequeant.

De Sisyphi saxo & Titij iecore, semper reserpsente, prius dictum est libro 4.

GALANTHIS IN MV

STELAM.

Ore parit nostrasq; domos, ut et ante, frequentat.

IDEM fertur de aue Ægyptiaca, quam ibi uocant, nempe quod foetus per rostrum edat. Mustela tamen (ut scribit Aristoteles de natura animalium)

I N T E R P R E T A T I O

non quidem ore parit, (quo enim pacto foetus ad eam perueniret?) sed quia parit catulos admodum paruos, ac sepe ore susceptos transfert, ideo uulgo ita persuasum est, illam ore parere. Monet autem Galanthis fabula, scipos fallere, qui insidijs & praetextu Deum fallere conantur. Illa. n. dum deceptam Lucinam irridet, ab ea in bestiolam mutatur.

D R Y O P E I N L O T V M

A R B O R E M.

Corpore mutato rami caluere reccentes.

D R Y O P E, cuius nomen à quercu & uoce factum est, fingitur in lotum conuersa, ob hanc fortè causam, quòd inter utranq; arborem, quercum & lotum, aliqua sit conuenientia. Aiunt enim Loton non sentire cariem, eiusq; lignum esse solidum, perinde ut quercum. Est autem iucunda fabula haec, et plena suauissimis affectibus, praesertim in fine, ubi Dryope ex arbore loquitur, iurans se esse innocentem: & mandans adduci sepius filiolum ad suum arborem, ut sub ea ludens, matris recordetur. Item ubi suis ualeo dicens, petit se defendi à morsu pecorum, & à falce qua frondes amputantur. Haec admodum sunt suauia & iucunda, praesertim in tali argumento.

H E B E V X O R H E R C V L I S.

Hoc illi dederat Iunonia muneris Hebe.

H B H fingitur uxor Herculis, eò quòd pubertas seu florens aetas coniuncta est cum robore, quòd per Herculem intelligitur, propter fortia ipsius facta.

I O a

LIB. IX.

IOLAVS.

Orā reformatus primos Iolavus in annos.

IOLAVS uixit ad summam senectutem integris propè uiribus: & in senili etate multas præclaras res gessit: Ideò fingitur denuò pubertatem adeptus. Simili ratione finguntur Alcmeonis et Calirhoes filij beneficio Hebes transformati ex infantibus statim in adoloscetes: nempe propter res uirili etate dignas, quas in tenera etate gesserunt.

TITHONVS.

queritur ueteres Pallantias annos

Coniugis esse sui.

TITHONVS fingitur admatatus ab auro, eadem (opinor) ratione, qua Cephelus, nempe quod ante Solis ortum surgere & matutina tempora non somno, sed agendis rebus tribuere solitus fuerit. Fingitur item ad summam peruenisse senectutem, eiusdem auroræ succo persusus: ad tuendam enim ualetudinem prodest persundi auroræ succo, hoc est, simul cum Sole expergescieri.

IASION.

queritur canescere mitem

Iasiona Ceres.

IASION fuit studiosus agriculturae, ideò in fabulis traditur à Cerere admatatus.

ERICHTHONIVS.

repetitum Mulciber ænum

Poscit Erichthonio.

INTERPRETATIO

ERICHTHONIVS fingitur Vulcani & Minervæ filius, quia inter infantes vulgò quæsitus, inuentus est in templo Vulcani & Minervæ expositus, quod ambobus commune Athenis habebatur.

ANCHISES.

Venrem quoq; cura futuri

Tangit, & Anchise renouare paciscitur annos.

A Venere adamari finguntur, qui aut formosissimas habent uxores, aut ipsi præstante sunt formosissimos. Quædam Piratis, sed non dubium est, quod Anchisen & uxorem eius fuisse non dubium est. Neq; aliam ob causam Aeneas dicitur Veneris filius, nisi quòd matrem habuit formosissimam.

BYBLIS.

Byblis Apollinei cõrrepta cupidine fratris.

TALIA exempla proponuntur, non ut imitari discamus uicia aut turpitudinem: sed ut illis admoneamur, ne illicito aut inhonesto amore capiamur: id quòd autor etiam ipse indicat, cum inquit: Talia exempla declarant. Ptolemæus Ceramus duxit uxorem sororem suam Antigone. Alexander VI. incestè amauit filiam suã Lucretiam: de qua extat hoc epigramma:

Byblis in exemplo est, ut ament concessa puella. Tantas autem vires sumit ueneris impetus, ut nulli neq; sanguinis neq; cognationis discrimen haberi non nat: id quòd exempla declarant. Ptolemæus Ceramus duxit uxorem sororem suam Antigone. Alexander VI. incestè amauit filiam suã Lucretiam: de qua extat hoc epigramma:

Conditur hoc tumulto Lucretia nomine, sed reuertitur.

Thais, Alexandri filia, sponsa, nurus.

CHIMERA.

Quoq;

Quoq; Chimera iugo medijs in partibus ignem,
Pectus & ora leæ, caudam serpentis habebat.

CHIMERA M, quæ à Poëtis fingitur mon-
strum igniuomum, capite leonino, & cauda anguina,
Plutarchus scribit fuisse nauim prædatoriam, cuius
prora igniuoma leone, & puppis dracone insignita
erat: eamq; à Bellerophonte sublatam fuisse, interse-
dit Piratis, à quibus maritima Liciæ ora infestaban-
tur.

Seruius tradit Chimeram esse montem Liciæ,
quod incendio & feris infestum: sed postea cultum
& habitabilem à Bellerophonte factum. Sic enim ipse
ait: Chimera est reuera mons Liciæ, cuius hodie ar-
det cacumen, iuxta quod sunt leones, in medio autem
pascua sunt, & ima montis serpentibus plena: hunc
Bellerophon habitabilem fecit, unde Chimeram di-
xitur occidisse. Gregorius Nazianzenus in uita Ba-
silij magni allegorico sensu Chimeram exponit, de tri-
bus Rhetoricæ partibus: Chimera (inquit) monstrum
ex tribus compositum, anteriore parte leo est; postea-
riore draco, media capra: Sic item Rhetorice in tria
diuisa est genera, Iudiciale, Deliberatiuum, & De-
monstratiuum. Videtur autem Nazianzenus iudicia-
le genus, quia sit acre, comparare leoni, & Delibe-
ratiuum draconi, quia sit uarium & multarum cons-
idationum. Capræ uerò Demonstratiuum, quia la-
sciuat.

HARPOCRATES.

K 5

Quiq;

INTERPRETATIO

Quiq; premit uocem digitoq; silentia suadet.

HARPOCRATES Ægyptiorum deum

pingebatur clauso ore, digito labris admoto, quo significabatur, linguam diligenter custodiendam cohibendam esse: nihilq; silentio ac taciturnitate tuius. Nam, ut dici solet

Nulli tacuisse nocet: nocet esse locutum.

IPHIS IN MAREM.

Fer precor inquit opem nostroq; medere dolori

INSIGNE exemplum, licet fabulosum, quod monemur, in summis etiam difficultatibus non desperandum esse: sed precibus confugiendum ad auxilium diuinum.

IN LIBRVM DECIMVM.

ORPHEI DESCENSVS
AD INFEROS.

Hanc simul et legem Rhodopeius accipit Orpheus
Ne flectat retrò sua lumina.

AUDDIVI fabulam Orpheæ similem, si dicenda est fabula, quam multorum testimonia mant esse historiam. Ferunt in Bauaria uirum li familia natum extincta uxore tantum animo rem cepisse, ut nullam admitteret consolationem, uitam ageret in solitudine. Tandem ubi nullum

suadet. **M**ugendi faceret, uxorem eius comparuisse exci-
 rum deum à mortuis: ac dixisse, se quidem semel conse-
 to, quo **N**circulum uitæ à natura datum, sed importuni-
 ndam atq; ipsius reuocatam esse nunc in uitam, atq; à Deo
 ruitate uti eius consuetudine adhuc diutius: hac ta-
 m. **M**conditione ac lege, ut matrimonium mo rte solu-
 m. **M**denuò per sacerdotem solenni ritu iungeretur:
 cre dolor **M**deinceps ipse abstineret blasphemis conuiciandi-
 losum, **M**quibus uti consueuerat. Se enim horum causa
 us non **M**temptam fuisse, atq; iterum excessuram è uita,
 dum ad **M**primum eiusmodi aliquod uerbum edidisset.
Mactis, illam curasse rem domesticam, ut antea, &
Mnot etiam peperisse liberos: semper tamen fuisse
Mtem ac pallidam. Post multos uerò annos mari-
Musperi potum, & ancillæ iratum, edidisse uer-
Mne non debebat: interea illam disparuisse è cu-
Mulo unde allatura erat marito poma, ac reliquisse
Mlebrem uesti um sine corpore stantem, quasi
Mntasma, ad cistam, ubi poma seruabantur. Hæc
Mui ex multis uiris fide dignis, qui affirmabant
Mam Bauariæ eadem retulisse Duci Saxonie pro-
Mris. Sed Orphei fabulam exponamus: Pausanias
Mm, si **M**bit Orphea magicis artibus ac prestigijs euocaf-
Monia aff **M**bram suæ uxoris, quæ postea statim euanuerit.
Mirum non **M**equidem opinor confictam esse fabulã de illius
Munimo do **M**reducta ab inferis. Commendat autem fabula
Mtionem, **M**rem coniugalem: & simul admonet, ne conficiat
Mi nullum **M**luctu & desiderio mortuorum.

INTERPRETATIO
PROSPICIENS E SPECV
IN SAXVM.

EST quoddam saxum specie uiri è specu
spicientis, de quo finxerunt eiusmodi fabulam: *hominem natura timidum, qui audita Herculis
se abdidit in specum: unde cum aliquando
spiceret, & forte Herculem adducto Cerebro
tereuntem conspicaretur, exanimatum immo
metu diriguisse in saxum. Meminit huius
Erasmus in prouerbio, timidior prospiciente.*

OLENVS ET LETHEA IN
LAPIDES.

CVM Lethea dotibus formæ superbien
prætulisset dijs, eaq; impietate conciuisset di
iram et ultionem, Olenus maritus culpam ux
se transferens, unâ cum illa punitus est. Hæc
idem docet, quod regula iuris: Culpam esse,
scere se rei ad se non pertinenti.

ORPHEI CANTVS.

Umbra loco uerit, non Chaonis absuit arbo

SAPIENTISSIMI homines, ut mitiores
nempe Poëticam & Musicam, pueris comm
rent, finxerunt arbores, feras, uolucres Orp
admiratas, & canentem secutas esse. Fuit enim
pheus insignis poëta & musicus, qui agrestes
ros Thracie populos cantu & suauitate carm
permulcens, ab inhumanitate traduxit ad mans
dinem: id quod testatur Horatius, cum inquit:

Syluestre
Cedibus
Dictus ob

Consta
mnam uim
mos: nul
armonia nu
entur, ne i
monachi, ut
uini, hanc
se Mari ca
co concion

ex earum
fuisse
us est
fabula
quos ex
inseferer
unde d

Exuit l

ATY

utatus, pre
byrius phi
it, per Aty
& flore

CYPAE

Syluestres homines sacer interpretisq; decorum
 Cædibus & fædo uictu deterruit Orpheus,
 Dicitur ob id lenire tigres rabidosq; leones.

Constat autem, poëticam & musicam habere
 vim ad ciendos & permulcendos hominum
 animos: nulla enim res ita penetrat in animos, ut
 quando harmonia numerorum & uocum, qua qui non mo-
 dentur, ne illi rigidiores sunt feris & arboribus.
 Monachi, ut commendarent eloquentiam Antoni Pa-
 ulini, hanc fabulam imitati, sinxerunt pisces exera-
 cione. Mari capitibus audiuisse illum in littore Adria-
 tico concionantem. Erasmus Roterodamus ioco scri-
 psit ex earum arborum genere, quæ Orphea secuta
 fuisse quercus & fagos, quibus diuus Bernardus
 usus est pro magistris (sic enim Monachi de illo
 fabulantur) aitq; optandum esse, ut haberemus
 quos ex sapientissimis illis arboribus surculos,
 nos insereremus: Nam ita haberemus (ut Comicus
 ait) unde disceremus.

ATIS IN PINVM.

Exiit hoc hominem truncoq; induruit illo.

ATYS fingitur excisis genitalibus in pinum
 mutatus, propter fructus arboris inutiles: nam Por-
 phyrius philosophus de ratione naturali deorū, scri-
 bit, per Atym & Adonim inutiles fructus significa-
 re, & flores qui decidunt, antequam ferant fructus.

CYPARISSVS IN CYPRESSVM.

INTERPRETATIO

In uiridem uerti ceperunt membra rigorem.

GRÆCI κυπάρισσος uocant Cupressum
hinc Cyparissus puer in cupressum mutatus, &
Apolline dilectus fingitur eo, quod & Poëtices
studiosus, & Poëtarum scriptis celebratus est, Ta
enim Apollini aut Musis chari habentur. Ac que
cupressus succisa nunquam regerminat, ideo in
quijs olim adhibita, et ante mortuorum domus fun
ris signo posita est, quo ritu significabatur, hanc
tam esse mortalem, & semel amissam non recuperari.
Alludit ad eundem ritum Ouidius his uersibus:

Ingemuit, tristisq; Deus lugebere nobis,
Lugebisq; alios, aderisq; dolentibus, inquit.

GANYMEDIS RAPTUS.

percussio mendacibus aëra per

Arripit Iliaden.

HERODIANVS historicus scribit
Ganymedem Trois regis filium in quodam Phrygi
agro, cui nomen Pessimumti, interemptum à frat
atq; amatore, sublatumq; è medio. Deinde pro cal
mitatis solatio fuisse diuinis honoribus affectum, et
lata ad Iouem raptorem fabula. Eusebius uerò tra
eundem à Tantalò raptum, & in Cretam Ioui ma
sum: & postea bellum inde ortum inter Troem &
Tantalum. Erat autem aquila insigne Cretensium
inde sumpta occasione finxerunt Iouem in aquila
sonuersum, rapuisse Ganymedem.

HYACIN

HYA

Flos o

LA

ditor sui,

de Hyaci

quos aieb

nusquam

folijs nota

tijs semel

ma, qua P

quod ad f

inguntur

negetantu

C

CY

sta est, ho

cantur co

lidis: Est

Hinc et E

habitante

ci, cum p

PE

In rig

IV

HYACINTHVS IN FLOREM
SVI NOMINIS.

Tyrioq; nitentior ostro

Flos oritur.

L A Z A R V S Bonamicus, cuius in Italia au-
ditor fui, cum enarraret Georgica Virgilij, referebat
de Hyacintho varias opiniones medicorum, inter
quos aiebat esse quosdam, qui ita persuasum habeant,
nusquam terrarum eiusmodi florem nasci, in cuius
folijs notæ literarum reperirentur: Se tamen Venæ-
tijs semel uidisse florem Alexandria allatum tali for-
ma, qua Poëta suum Hyacinthum describunt. Porro
quod ad fabulam attinet, flores amari ab Apolline
finguntur quòd calore ac virtute Solis euocantur ac
vegetantur, sicuti aliquoties iam dictum est.

CYPRII IN CERASTAS.

unde etiam nomen traxere Cerastæ.

C Y P R V S à promontorijs olim Cerastis di-
cta est, hoc est, cornuta. Nam promontoria quoq; uoc-
cantur cornua, ut apud Ouidium in Epistola Phyl-
lidis: Est sinus adductus modicè falcatus in arcus,

Vltima prærupta cornua mole rigent.

Hinc et Barbari & agrestes populi in promontorijs
habitantes, cornuti finguntur, tum propter situm lo-
ci, tum propter inhospitalitatem.

PROPOETIDES IN SAXA.

In rigidum paruo silicem discrimine uerse.

I V S T I N V S refert, morem fuisse Cyprijs,

proa

I N T E R P R E T A T I O

prostituere uirgines ante nuptias statis diebus, ad
talem pecuniã querendam : ex qua turpitudine so
tasis nata est hæc fabula. Propter extinctum uero
dorem Propætidem finguntur exhausto rubore
isse, ore ita duro, ut paruo discrimine in silicem uer
terentur. Nam oris uocabulum sæpe usurpatur, p
impudentia: ut apud Ciceronem pro Quintio : Nil
uidetur ore durissimo, qui præsentem Roscio gestu
agere conetur, qua in significatione etiam os ferreum
dicitur.

P Y G M A L I O N I S C O N I V N X
E B U R N E A.

Sculpit ebur formamq; dedit, qua foemina nascitur.
Nulla potest &c.

S I M I L I S fabula narratur de diuo Franc
sco, qui cum esset coelebs, & à foeminarum consuetu
dine adhorreret, tamen ut desiderium quo tenebatur
leniret, fertur sibi finxisse uxorem & liberos ex
ue, quemadmodum Pygmalion Ouidianus ex ebor
Vxor uero Pygmalionis fingitur eburnea fuisse, nihil in re
propter corporis candorem, (nihil enim est ebor
candidius) uel propter nominis similitudinem, quæ
fortassis dicta fuit Ebur uel Eburnea. Fabula autem
docet castam & pudicam uxorem à Deo dari & p
tendam esse.

M I R R H Æ A M O R.

Editus hinc ille est, qui, si sine prole fuisset &c.

M Y R R H A nefando patris amore captam, cui diabo

nutri

nutricis op
randam hu
lectorem t
huiusmodi sc
nitare disca
Dira ca
Aut me
Desit in
Vel si d
Deimo
lum eiusmo
nem, ac tra
Ipsè neg
Myrrh
Stipite
E tribus
Præte
alter de ste
abscondant
nihil in rer
abilius. A
unq; sunt
primis in
per sermone uer
Non aud
Effro
Narrati
cui diabo

matricis opera cum eo in scio concubuit. Ad exaggerandam huius sceleris magnitudinem, initio Poeta effectorem tum attentum reddit, tum prae-monet, ne eiusmodi scelus in exemplum rapiat, sed detestari ac vitare discat, sic enim inquit:

Dira canam, procul hinc natae, procul ite parētes,
Aut mea si uestras mulcebunt carmina mentes,
Desit in hac mihi parte fides, nec credite factum:
Vel si credetis, facti quoq; credite poenam.

Deinde quò ostendat non libidinem, sed Diabolum eiusmodi amoris autorem esse, excusat Cupidinem, ac transfert culpam in ipsas furias, cum ait:

Ipsè negat nocuisse tibi sua tela Cupido
Myrrha, facesq; suas à crimine uindicat isto:
Stipite te Stygio tumidisq; affluit echidnis
E tribus una soror &c.

Præterea duo insignes loci sunt in hac fabula: Alter de stellis ita perhorrescentibus incestum, ut sese abscondant: qua quidem Prosopopœia significatur fuisse, nihil in rerum natura esse hoc nefario scelere detestabilius. Alter de improbitate uetularum, quæ pleuraque sunt scelerum & flagitiorum administræ: ac imprimis ingeniosæ in illis perficiendis, iuxta tritos sermonem uersiculos Æneæ Syluij:

Non audent stygius Pluto tentare, quod audent
Effrenis Monachus, plenaq; fraudis anus.

Narratur fabula, hoc loco non aliena, de uetula, cui diabolus erat pollicitus par calceorum, si discipulum

I N T E R P R E T A T I O

cordiam concitaret inter coniuges, quorum ipse animos distrahere frustra tentauerat: id cum illa perfecisset, iamq; ex pacto mercedem postularet, dæmonei calceos ultra fluuium porrexit suspensas longæ hærere tanquam ipse eam metueret, ac dæmonibus peiorum rem iudicaret.

A T A L A N T A A V R E I S P O - M I S S V P E R A T A.

Præterita est uirgo, duxit sua præmia uictor.

A T A L A N T Æ pernicitas aureis malis elusa & superata, faceret referri poterit ad mobilitatem seu inconstantiam animi: ad hanc enim uincendum nihil est auro efficacius. Magnus est autem istorum pomorum usus hodie in negocijs, non solum amatorijs, sed etiam bellicis. Omnis enim spes uictoriæ in illis præcipuè consistit: neq; ulla est belli celeritas tanta, quæ non possit illis proiectis uinci. Perinde reges ac principes inter se bello certantes, illis potius, quam ferreis globis nunc contendunt. Exemplum uero Hippomenis docet, ne simus ingrati pro beneficijs, præsertim diuinis. Deus enim maximè offenditur in ingratitude, ac punit suorum beneficiorum immemores. Deinde & uerissimum est, quod Xenophon ait, ingratitude sequi impudentiam, & impudentiam esse ducem ad omnem turpitudinem. Ergo Hippomenes, cum esset ingratisissimus, tandem factus est adeò impudens & impudicus, ut ne in locis quidem sacris effrenatam libidinem suam cohibere possit.

set. Post
immanes
lanta tra
rum est t

A

A D

studium
ac delicat
sine causa
nemone
neamur,
forma, i

Forma

Fit

Po

per Ado
per uiril
tia gener
cornum:

bruma fi
lurem, qu
tem ait E

Terr

Inuid

Horri

set.

et. Postremò, quia homines uenero impetu fiunt
immanes, rectè etiam finguntur Hippomenes et Atalanta
transire in leones, quibus nullum genus ferarum
est truculentius.

ADONIS IN ANEMONEM
FLOREM.

flos de sanguine concolor ortus.

ADONIDIS casus docet, uenationem esse
studium seu exercitium uiroꝝ fortium, non molliũ
ac delicatorum, quales plerunq; sunt amatores. Nec
sine causa fingitur puer formosissimus mutari in Anemone
florem maximè caducum, nempe ut admoneamur,
nihil esse minus diuturnum pulchritudine ac
forma, iuxta illud :

Forma bonũ fragile est, quantũq; accedit ad annos

Fit minor, & spacio carpitur ipsa suo.

Pontanus ad Physiologiam transfert fabulam,
per Adonim intelligens solem, quo nihil formosius :
per uirilia, radios solares, quibus omnia humi nascen-
tia generantur : per aprum, signum Zodiaci capri-
cornum : is enim radios solares amputat, ubi dies in
bruma fiunt contractiores : per Venerem, ipsam tel-
lurem, que solem amat, eoq; carens squalet. Sic au-
tem ait Pontanus primo de stellis :

Terra etenim solem queritur deserta cadentem
Inuidit quem tristis hyems, cui seuior aprus
Horret cana gelu facies, cui plurimus imber

INTERPRETATIO

Crine madet, geminos & cum male contudit ar.
 Ac ueluti uirgo absenti cum sola marito (mos,
 Suspirat sterilem lecto traducere uitam,
 Illius expectans complexus anxia caros,
 Cum grauidos aperitq; sinus & terra relaxat
 Spiraementa, nouus ueniat quo succus in herbas,
 Diglomeratq; niues et grandine uerberat auras.
 Nam cum sol rebus praesit pater ipse creandis
 Ut sese ad manes bruma sub frigora transfert,
 Tum tellus uidua sulcos oblimat in aluo,
 Et tandem complexa suum letatur Adonim.

Porro id hemistichion, COELO PRÆFER-
 TVR ADONIS, usurpari poterit loco prouer-
 bij, ubi significabimus uoluptatem anteferri pietati.

IN LIBRVM
 VNDECIMVM.

ORPHEI CÆDES.

ORPHEI à mulieribus trucidati ac discepti
 exemplum docet, nullas feras tam implacabiles se
 prestare, quam mulieres ira & odio incensas. He
 nulle sermonis suauitate leniuntur: neminem audis-
 unt: nullis precibus exorantur: estq; ita, quemadmo-
 dum apud Euripidem dicitur de malis mulieribus:

Δεννὶ μὲν ὄργῃ κυμάτωρ θαλασσία,

δεννοὶ δὲ ποταμοί, ἢ πυρὸς θερμοὶ πνοαὶ

ἄλλ

ἄλλ

LY

ORP

ces: id ap

tineto: at

Lesbum

Poëta, qu

ἐκ κείνου

Νῆσ

Loquitur

istuc dela

Lucia

lem & ri

ranni filii

milem, &

templum

feris Orp

infelicitat

in suburb

omnes car

AN

AN

caput lac

treator,

L I B. XI.

ἀλλ' οὐδὲν οὕτω δεινόν, ὡς γωνὴ κακῆ.

LYRA ORPHEI DELATA

IN LESBVM.

ORPHÆA Lyra significat studium Poëti-
ces: id apud Lesbios floruit, Orphca in Thracia ex-
tincto: atq; ideo fingitur ea peruenisse ex Thracia in
Lesbum insulam, sicuti testis est Phanocles uetus
Poëta, qui ait:

Ἐκ κείνου μολπαῖ τε καὶ ἱμερτὴ κιθαρῖσιν
Νῆσορ ἔχε. πασέωρ τ' ὄστρ' αἰδοτάτη.

Loquitur enim de Lesbo insula & de lyra Orpheii
istuc delata.

Lucianus narrat de eadem lyra rem memorabilis-
simam & risu dignam. Scribit Ncanthum Pyttaci ty-
ranni filium in Lesbo affectasse gloriam Orpheæ si-
mitem, & furtim abstulisse diuinam illam Lyram, in
templum Apollinis suspensam, qua in permulcendis
feris Orpheum imitaretur: sed hanc imitationem ei
infeliciter euenisse. Noctu enim cum obambulantem
in suburbio, & imperitè canentem Lyra, exciuisse
omnes canes, ijsq; coëuntibus fuisse dilaceratum.

ANGVIS CAPVT ORPHEI

MORDENS.

peregrinis anguis arenis

Os petit.

ANGVIS in silicem mutatus, qui Orpheū
caput lacerauit morsu, fuit Lesbius (ut opinor) oba-
trectator, qui mortuum insectatus est. Tales enim

I N T E R P R E T A T I O

Sunt & angue crudeliores, & duriores silice, qui se aurum famam bonorum hominum, præsertim mortuorum, lacerant. uerò (incertam prout iussu agros colendis ac tuo iussu dem rei criter conmutauit: pere con- tibus op- claris mu- Cat- qui delat- orbis imp- item fuit- entia con- fortunat- deuentur- cipis & e contra habuit. Ac aut pror- musica, iudicare semiliter- se

M I D Æ C O N T A C T V O M N I A V E R S A I N A V R V M.

MIDÆ fabula docet, infinitam cupiditatem auri longè deteriore[m] esse paupertate: idq; significat Poeta cum inquit :

Copia nulla famem releuat, sitis ardua guttur
Vrit, & inuiso meritò torquetur ab auro.

Apud Plutarchum extat historia huic fabulæ propè similis, de Pythio principe auaro, qui inuentis aurifodinis, cum omnes ciuēs erucendo & constando auro ita fatigaret, ut aliud nihil agere possent: multiq; ob laboris magnitudinem perirent: Vxor eius prudentia & probitate insignis, clam adhibitis aurifabris auream mensam, aureos panes & uaria ciborum scrcula ex auro fabrefieri curauit: quibus diligenter studioseq; confectis, Pythio, qui dies aliquot ab urbe abfuerat, domum reuertenti et parari coenam postulanti mulier auream mensam afferri iussit, in qua nihil quidem quod edi posset appositum erat, sed omnia ex auro fabrefacta. At primo quidem aspectu gausus est Pythius, mira arte conspiciens singula elaborata: inde auri contemplatione iam abundè satiatus sibi cibum afferri præcipit: Verù uxor cuncta que postulasset, ex auro confecta iubebat apponi: cumq; ille iracundia percitus esurire se uosiferaretur, neq;

I O
 filice, quæ aurum id temporis amplius exposcere: ibi illa: tu
 portworum, uerò (inquit) nullius rei præter hanc habendæ facultatem præbes, Omnis enim ciuium cura, omnisq; ars tuo iussu in parando auro uersatur, ut nemo iam agros colat: nemo hortos conserat, dum in his fodendis ac perquirendis, quæ minimè usui esse possunt, tuo iussu omnes sunt occupati, nec pauci etiam eiusdem rei causa moriantur. Hac oratione non medio critèr commotus Pythius, auarum suum animum commutauit: & quintam duntaxat ciuium partem in opere continuit: cæteros tum agriculturæ tum alijs artibus operam dare iussit. Hæc Plutarchus in lib. de claris mulieribus.

guttur
 auro.
 huic fabulæ
 ui inueni
 conflando
 sent: mul
 Vxor ciui
 ibitis auri
 aaria cibo
 quibus dili
 ies aliquo
 ari cœnam
 iussit, in
 m erat, se
 em aspectu
 habuit.

Cæterum Midæ dissimilimus fuit rex Salomon, qui delata sibi optione, non immensas opes, nec totius orbis imperium, sed sapientiam elegit. Dissimilimus sibi fuit Vbaldus Feretrius Urbini Dux, qui se sapientia commutaturum (si fieri posset) omnes suas fortunas testatus est, cum dixit, sed ad paupertatem deuenturum, si sapientia ueneat. Ut igitur huius Principis & Salomonis uotum ab omnibus laudatur, ita e contra uituperatur cupiditas auri, quam Midas habuit.

singula elo
 de fatiatus
 uncta que
 oni: cumq;
 retur, neq;
 se

Ac quoniam pleriq; regum ac principum sunt aut prorsus illiterati aut indoctiores, quam ut de musica, hoc est, de literis & honestis artibus rectè iudicare possint, nam in aulis, ut uidemus, plerunq; semiliterati doctissimis præferuntur: ideo Poëtæ sine

I N T E R P R E T A T I O

xerunt Midam quoq; admirari agrestiore[m] musi-
cam: nec fauere Apollini. Tales enim Midæ raro fa-
uent studijs, quibus ipsi non sunt exculti: ac melius
dijudicare possunt, ut clangat tuba, quàm ut nume-
rus in oratione uel in uersu aptè cadat. Antæus Scy-
tharum rex fertur dictitasse, se magis delectari hinc
nitu equorum, quàm cantu & symphonia. Huius au-
res à Musis tam alienas & abhorrentes, quis non
asinas dixerit? Ergo non dubium est, hanc fabulam
esse confictam in principes auaros & indoctos, qui
bus pluris est aurum, quàm sapientia: insania quàm
eloquentia: barbaries, quàm eruditio. neq; aliud sunt
aures asinæ, quæ Midæ affinguntur, nisi aures im-
eruditæ: tametsi earundem allegoria possit etiam
alia referri.

Iustinus refert ad delatores & exploratores
quorum sunt multi in aulis regum: sic enim scribitur.
Sunt quibus placet hac allegoria significatum Mi-
dam, utpote tyrannum, coryceos & subauscultatores
dimittere solitum, per quos quæcunq; per omnem re-
gionem uel fierent uel dicerentur, cognosceret: nimirum
illis utens aurium uice. Proinde cum uulgus admire-
retur ab illo resciri etiam ea, quæ clam ac procul fierent,
occasionem fabulæ dederunt, ut Midas diceretur
auriculas asini habere, uel quod nullum animal
excepto mure acutius audiat quàm asinus.

Alij fabulam exponunt de loco: & diunt Mi-
dam

dam habi-
incidisse

M

Reg-
est digni-
reges ac p-
ue mani-
serobibus
tur canna-
sepultis c-
pia illoru-
significan-
monimen-
hi loquun-
D

MA
ra & ind-
Repub. u-
& rerum
utruncq;
edificand-
tectos. D-
risq; iura
mitatem a-
manent in

dam habuisse oppidum, cui nomen ὄνυξ ὄτα, & ideo incidisse in fabulam, quod haberet a fini aures.

MIDÆ FAMVLI VOX IN
ARVNDINEM.

Regum ac principum uicia teguntur tiara, hoc est dignitate, qua ipsi sunt ornati: eo enim tegmine reges ac principes suam deformitatem occultant, neue manifesta fiant eorum uicia, obruuntur illa quidē scrobibus, sed ad tempus, donec è scrobibus enascantur canne seu arundines uocales, hoc est, donec ipsis sepultis exstant scriptores, qui posteris prodant turpia illorum facta. Vocales enim arundines nihil aliud significant, nisi scriptorum calamos, qui literarum monumenta conficiunt. Hi enim calami uocem edunt, hi loquuntur, hi efferunt arcana scrobibus bruta.

DE MVRIS TROIANIS.

non impune feret, Rector maris inquit.

MAGNA respublica non tam hominum opera & industria, quam nomine diuino constituitur. Repub. uerò bene constituta imprimis contractuum & rerum pactarum fides præstanda est: quorum utrunq; ut Poëta significarent, sinxerunt deos ad edificandam urbem Troianorum accessisse ut architectos. Deinde eosdem propter neglectam fidem iurisq; iurandi religionem, Troianis maximam calamitatem attulisse. Nam perfidiosi ac periuri nunquam manent impuniti. Extat etiam apud Bocatium non

I N T E R P R E T A T I O

inuenusta huius fabulae expositio, ad historiam aes commodata. Refert enim Bocatius Laomedonta in edificandis muris adiutum esse auro è templo Apollinis et Neptuni ablato. Deinde secuta inundatione causam publicæ calamitatis in illū collatam esse. Similis fabula posset cōfingi de quibusdam Germania ciuitatibus, quòd uidelicet in extruēdis mœnibus opera mortuorum sint adiuti: quia in multis locis Germania, hoc tempore, muri construuntur monumentis sepulcrorum è cœmiterijs ablati.

T H E T I S N Y M P H A I N V A R I A S F O R M A S.

CERTVM est, matrem Achillis fuisse præstantem sceminam, et maritimarum urbium uel insularum dominam, hancq; ob causam fingi deam marianam. Quantum uerò ex fabula intelligitur, non facile persuaderi potuit, ut Peleo regi Thessaliæ nuberet. Itaq; formæ, in quas se mutauit, significant quatuor animi uarietatem, qua nuptias illius recusauit. Euripides in Iphigenia scribit insignia Achillis fuisse aureas Nereidas: ac fieri potest, ut propterea ciuis mater dicta et habita sit una ex Nereidibus.

D E A U T O L Y C O E T P H I L A M M O N E.

Nascitur Autolycus furtum ingeniosus ad omne. AVTOLYCVS homo dolosus et furax, Ideò fingitur Mercurij filius, quia Mercurius in genitura infeliciter positus, plerunq; tales format mores. Eadem ratio est de Philammone Poeta Apollinis filio:

filio: N
natos, in
Multi a
Autolyco

Qu
Can
Eo siqui
aulis
me noru

Cum

DI
ferociam
tanquam

Bellu

L
scendam
secutus e
uinitus p
sanguinis
ac graui
dens man

Ceru

Orat.

E

L I B. X I.

filio : Nam Sol ad honesta & liberalia studia excitat
natos, in quorum genitura bono loco constitutus est.
Multi autem reperiuntur hoc tempore similes illius
Autolyti,

Qui facere assuerat patriæ non degener artis,
Candida de nigris & de candentibus atra.

Et siquidem artificio nihil est usitatus, præsertim in
aulis & in iudicijs forensibus, quiq; id artificium opti-
mè norūt, illi maximo in honore et precio habentur.

DEDALION IN ACCI-
PITREM.

Cùm se Dædalion saxo misisset ab alto.

DEDALIONIS in accipitrem fabula detestatur
ferociam principum, qui pacis & quietis inimici,
tanquam accipitres bello & cæde grassantur.

LVPVS IN SAXVM.

Bellua uasta lupus: syluisq; palustribus exit.

LVPVS hic fuit Pelei hostis, qui ad ulcis
scendam Phoci necem incubuit, & illum exulem per-
secutus est, multisq; damnis affecit. Strages uerò di-
uinitus per hunc facta, docet, Deum & esse humani
sanguinis uindicem, & homicidis irasci, eosq; odisse
ac grauiter punire, id quod agnoscit ipse cùm ter-
dens manus in aperti littora Ponti,

Ceruleam Peleus Psamathen ut finiat iram.

Orat, opemq; ferat.

PELEVS A CÆDE EX-
PIATVS.

Sunt

I N T E R P R E T A T I O

Sumit ab Hemonio purgamina cædis Acasto.

HOMICIDÆ olim erant cunctis iniusti adeo, ut si quis uel imprudens aliquem interfecisset exilio multaretur, atq; à ciuili excommunicaretur consortio. Erat tamen cædes per imprudentiam facta expiabilis. Quibus uerò ritibus & caeremoniis expiatio fieri solita sit, intelligi potest ex libro secundo Herodoti, ubi Adrastus à Cræso expiatur. Seruatur et hodie in Ecclesia certæ expiationis caeremonia

A L C Y O N E I N A V E M.

IN hac fabula primum obseruanda est descriptio tempestatis ac naufragij, quia uix extat alia illius prior. Initium descriptionis sumptum est à prognostico futurae tempestatis, uidelicet à precedente motu aquarum. Id enim certum est signum surgentis uentis quando aquæ incipiunt albescere ac moueri. Hinc omnia quæ in tempestate accidunt, graphice describuntur: impetus uentorum: clamor & trepidationum: stridor rudentium: fremitus maris assurgentis & dehiscentis: fragor nauis quassate & fatiscentis. adhæc assimilantur fluctus & uenti hostibus inimicisq; bellicis: nauis uerò urbi obsesse: & decursum fluctus militi,

qui numero præstantior omni,

Spe potitur tandem, laudisq; accensus amore

Inter mille uiros mirum tamen occupat unus.

Ad extremum depingitur naufragium, quomodo mirum fractis malo & gubernaculo, nauis sit oppre-

sa: quomodo
si, alij arre
tunes simu
plum amor
habeat ma
sentis, decl
signis. Diss
nequeat, co
prospectat
omnia habe
tur in extre
dum na
Nomin
Cæt
ad natur
propter sim
non auis, it
suo compa
nemadmod
eundem
at ac fouea
nam naufra
forma, u
componit en
stamini, t
mox co
sic demq;

far quomodo ex hominibus alij statim in imum demer
 si, alij arreptis tabulis inter fluctus natarint, donec o
 mines simul perirent. Deinde obseruandum est exem
 plum amoris coniugalis: nam Alcione quàm charum
 habeat maritum, quàm difficile ferat desiderium ab
 sentis, declarat gemitu, lacrymis, alijsq; euidentibus
 signis. Dissuadet nauigationem, cumq; impedire hanc
 nequeat, collabatur præ dolore exanimis. Diu item
 prospectat nauem è portu discedentem: quæ quidem
 omnia habent mirificam declarationem amoris. Simi
 liter & Ceyx quàm charam habeat uxorem, testa
 tur in extremo uite periculo,
 dum natat, absentem, quoties sinit hiscere fluctus,
 Nominat Alcyonen, ipsisq; immurmurat undis.
 Cæterum tota fabula aptissimè accommodata
 ad naturam auiculæ, in quam Alcyone fingitur
 propter similitudinem nominis mutata. Est enim Al
 cyon avis, ita amans coniugis, ut nullo anni tempore
 suo compare discedat, nisi quando excludit oua: sed
 nemadmodum nuptam decet, cum semper comite
 tur: eundemq; senem & agrè uolantem humeris fe
 rat ac foueat. Adhæc oua excludit in mari: ac tan
 tàm naufragij memor construit nidum instar nauis,
 in forma, ut neq; mergi neq; eueri fluctibus queat.
 componit enim spinas aciculæ piscis, ac rectis alis
 transuersas, alias ueluti subtegmen implia
 tur: mox confertum recuruat, & in orbem reducit
 sic demq; coaptat, ut opus nauigij specie fiat tur
 bmatum.

I N T E R P R E T A T I O

binatum, perfectum littori, quo fluctus extremi per-
tingunt, applicat hic unda molliter feriens, nondum
firma satis hiantiaq; procellarum uerberere deprehens-
sa, sarcire docet. Solida uerò & iam coherentia com-
stringit, figitq; adeò, ut nec saxo nec ferro dissolu-
queant. Quæ quidem in re magna cum primis admi-
ratione dignū ostiolum est, ita factum, ut hanc unam
subeuntem recipiat, cæcum cæteris & abditum: nec
aliud quicquam admittens, ne undam quidem: ut Pla-
tarchus tradit in libro de industria animalium.

C I M M E R I I

Est prope Cimmerios longo spelunca recessu.

CIMMERIOS, quorum meminit Home-
rus, constat temporibus belli Troiani habitasse in Ita-
lia prope Neapolim, Cumas & Puteolos. Apud hæc
perpetuam esse caliginem ac noctem, idcò Poetæ scrip-
xerunt, quia specus magis quam domos incolebāt: ad-
ductisq; cuniculis sub terra diuersabantur homines
furtis ac latrocinijis assueti. Orpheus in Argonauticis
etiam meminit Cimmeriorum: sed eos ad septentrio-
nem collocat, in locis ad Bosphorum sitis, inter Rho-
dum & Calphium altissimos montes, umbris et
bulis tectos. Constat autem uerè Cimmerias tenebras
esse in Islandia & Pilappia, ubi brumales dies adeo
sunt contracti, uix ut lux compareat. Nam in Lituania
dies circa brumam est non multò longior tribu-
horis. Sunt alij quoq; Cimmerij, qui nullam unquam
lucem conspiciunt: nempe homines ebriosi, quorum

hic ad so
in cellis
Rectè ig
apud eiu

Exc
Mor
SO

no per ff
enim spi
somnia d
mus. Fin
nus: unu
nem ac u
represent
huic nom
Tertium
ta repres
rum hom
tiones uu
bus ipsi r

Æqu
DE

etiam alia
Nam in a
ragio am

hic ad septentrionem infinitus est numerus. Hi noctu
in cellis unarijs perpotant, & interdium dormiunt.
Recte igitur Ovidius somni domicilium edificat
apud eiusmodi homines, crapulae & somno deditos.

SOMNIORVM GE-
NERA.

Excitat artificem simulatoremq; figuræ
Morphea.

SOMNIA sunt imagines, quæ fiunt in soma-
no per spiritus uariè discurrentes in cerebro. Sunt
enim spiritus instrumenta cogitationum, ac plerunq;
somnia de ijs offeruntur, quæ uigilantes sæpe cogita-
mus. Fingit autem Ovidius triplex somniorum ge-
nus: unum quod rationis gestus imitatur, ut sermo-
nem ac uultum: huic nomen Morphæo. Aliud quod
representat animata quidem, sed ratione carentia:
huic nomen Acelos, quia simulet formam animantis.
Tertium genus est planè phantasticum, quo inanima-
ta representantur. Verum quia cogitationes magno-
rum hominum alijs in rebus uersantur, quàm cogita-
tiones uulgi, diuersis quoq; somnijs & non uulgarijs
suis ipsi reges ac Principes luduntur.

ÆACVS IN MERGV M.

Æquor amat, nomenq; tenet, quia mergitur illo.

DE Mergo, cur subinde se demittat in fundum,
etiam alia narratur causa, quàm Ovidius hic fingit.
Nam in apologis traditur fuisse negociator, & nauis
periculo amisisse merces, ideoq; nunc obsidere littora,
ac se

I N T E R P R E T A T I O

ac se mergere in fundum, sicubi inueniat merces suas
uel in littus eiectas, uel in fundo hærentes.

I N L I B R V M
D V O D E C I M V M.

S E R P E N S I N S A X V M.

Fit lapis, & seruat serpentis imagine saxum.

PER occasionem narrantur transformatio-
nes et conuersiones rerum tempore belli Troiani
et: quæ quoniam ex Homero pleræque ad uerbum
translatæ sunt, id quoq; utilitatis adferunt, quod do-
cent rationem transferendi Græca in Latinum. At fa-
bula de serpente in Aulide passeres deuorante, nar-
ratur ab Agamemnone apud Homerum secundo Ili-
dos. Extat enim latinis uersibus elegantissimè tran-
slata à M. T. Cicerone de Diuinatione.

I P H I G E N I A I N C E R U M.

I P H I G E N I A pro exercitu Græcorum
patre mactata, docet Rempublicam ita caram
regibus debere, ut si necessitas postulet, ipsi commu-
nem populi salutem suæ suorumq; uitæ anteponan-
Extat fabula apud Euripidem, quæ inscribitur Iphi-
genia in Aulide. Ipsa uerò Iphigenia in ceruam
mactata fingitur eò, quod cerua in locum illius supposita
fuit Dianæ immolata.

F A M Æ D O M V S.

DE

DE
gna fuit f
mis region
lum tãz
ma. In be
accidunt
domiciliu
audiantur.
bium ποδ
um ait :
Illic cr
Vanag
CY
Congre
Hecto
CYC
nec ullum
bello Troi
Poëtarum
uus, sed e
TELEP
NEI
TEL
natus est
Vulnus
V

DE expeditione in Troianos haud dubie ma-
 gna fuit fama, tam in Phrygia & in omnibus finiti-
 mis regionibus, quam in Graecia. Nullum enim bel-
 lum tam occulte parari potest, quin praecedat fa-
 ma. In bellis autem multae sunt suspitiones: multa
 accidunt πωνιὰ: quod ut significet Ovidius, fingit
 domicilium fame inter caelum & terram, ubi omnia
 audiantur, omnia diuulgentur: alluditq; ad prover-
 bium πολλὰ καινὰ τὸ πολέμῳ, multa belli inania,
 cum ait:

Illic credulitas, illic ternerarius error,

Vanaq; leticia est, consternatiq; timores.

CYGNVS INVVLNERA-
 BILIS.

Congreditur Cygno: decimum dilatus in annum
 Hector erat:

CYGNVS cum interfuisset multis praelijs,
 nec ullum unquam uulnus accepisset, deniq; & in
 bello Troiano citra uulnus esset extinctus, fabulis
 Poëtarum celebratus est, non modò ut fortis ac stren-
 uus, sed etiam ut in omni uita inuulnerabilis.

TELEPHVS AB ACHILLE VVL-
 NERATVS ET SANATVS.

opusq; meae bis sentit Telephus hastae.

TELEPHVS Achillis hasta uulneratus &
 sanatus est, ut Ovidius alibi testatur his uersibus:
 Vulnus Achilleo quondam quae fecerat hosti
 Vulneris auxilium Pelias hasta tulit.

INTERPRETATIO

Hanc ob causam ita gloriatur hic Achilles de sua
 sta, quod eam Telephus bis senserit. Plinius scribit
 Achillem à Chirone doctum, curasse Telephi uuln-
 per decussionem ferri. Naturam enim ferri stipticam
 esse, ideoq; eius limaturam emplastris plagarum ad-
 hiberi.

QUALIA HEROVM COL-
 LOQUIA.

uirtusq; loquendi

Materia est.

Magnorum principum ac fortium uirorum
 colloquia debent esse de rebus honestis et grauib; temperat;
 Sunt autem honestissima colloquia de uirtute, ita ut uita
 fingitur Heroës apud Achillem in conuiuio non
 bere alios sermones, nisi de memorabilibus factis.

Non illos Citharæ, non illos carmina uocum
 Longaq; multifori delectat tibia buxi:

Sed noctem sermone trahunt, uirtusq; loquendi

Materia est: pugnam referunt hostisq; suam

Inq; uices adita atq; exhausta pericula sepe

Comemorare iuuat, quid. n. loqueretur Achille
 Aut qd apud magnū potius loqueretur Achille

Nostri uerò proceres, quando inuicunt conuiuia,
 rinq; colloquuntur de belluatione, scortatione, m-
 bo Gallico, alijsq; rebus turpissimis. Hi sunt eni-
 sermones, quibus hodie in conuiujs potissimum
 exhilarant.

NESTORIS LONGÆVITAS.

uixi

Annos bis centum, nunc tertia uiuitur etas.

DE longæuitate Nestoris uariae sunt opinio-

nes: quidam putant illum fuisse tantum nonagenario-
m, desinientes etatem, spacium triginta annorum.

Ego uerò arbitror Nestorem reuera tam longæuum

fuisse: idq; celebratum esse à Poëtis, ut rem in primis
memorabilem. Non est enim rarum fieri nonagenari-

um, cum adhuc non pauci reperiantur, qui prospera
saletudine usq; ad centum uiginti annos uitam pro-

ducant. Neq; est incredibile, illis temporibus hominē
imperantem, qualis fuit Nestor, peruenire ad tan-

tam uitæ longitudinem potuisse, cum ex annalibus
constet, Ioannem Caroli Magni armigerum, Nestori

us factis, uixisse annos trecentos, cuius longæui hominē
is meminit Baptista Mantuanus libro secundo de

pacientia: meminerunt & multi: Annalium scripto-
res, qui eum nominant Ioannem de temporibus.

CÆNEVS EX FOEMINA

IN MAREM.

CVM ex molli & ignaui adolescente Cæne-

us acer & bellicosus uir extitisset, dedit occasionem
fabule, quòd ex scemina conuersus esset in marem.

Est enim usitatum uulgò appellare eos sceminas, qui
sunt uiris opprobrio. Sic Numanus ille Virgilianus,

Troianos uocat sceminas:

O uerè Phrygiæ, neq; enim Phryges: ita per alta

Dyndima, ubi assuetis biforem dat tibia cantum:

M

2

Tympana

INTERPRETATIO

Tympana uos buxusq; uocat Berecynthia mat
Ideo: finite arma uiris, & cædite ferro.

Neq; alia ratione nisi per opprobrium Cæncus
catur foemina, id quod patet ex his uerbis, qui
Latreus Centaurus eum ita compellat:

Et te Cæni feram? nam tu mihi foemina semper

Tu mihi Cænis eris. Item, columq;

I cape cum calathis & stamina pollice torqu

Bella relinque uiris.

Inuulnerabilis uero eadem de causa fingit
qua Cygnus. Nam aiunt Cæneum fuisse rei bell
peritum, adeo ut cum plurima prælia fecisset, ni
quam tamen uulneratus sit.

CENTAVRI CVR NVBI GENÆ.

Nubigenasq; feros positis ex ordine mensis
Arboribus tæto disombere iusserat antro.

THESSALIÆ equites finguntur nubigenæ, propter arces in altissimis montibus sitas, ubi
fuerunt geniti: est enim Thessalia regio montosa.
Eodem modo nubigenæ fungi possunt apud Germanos
nos equites Franci & Tirolenses: nam hi quoque
altissimis montium iugis gignuntur.

CONVIVIVM LAPITHARVM ET CENTAVRORVM.

Convivium Lapitharum & Centaurorum de
testatur ebrietatem & cædes, quæ ex ebrietate pro
uenit.

ueniunt. *Nam ebrietas impellit homines ad quoduis
facinus: ut ait Horatius,*

In prelia trudit inermem.

*Allegatur huius fabule exemplum ab eodem Horatio
in Odis contra ebrietatem his uersibus:*

At ne quis modici transfiliat munera Liberi,

Centaurca mouet cum Lapithis rixa super

Debellata mero.

Non dissimile conuiuium meo tempore actum est in

tribus Turingiæ & Franciæ, ubi equites ad nuptias

inuitati Centauricæ à poculis descendcrunt ad arma,

sumq; sponsum cum præcipuis affinibus & cognatis

trucidarunt. Lucianus describit simile conuiuium

in quo philosophi diuersarum professionum ad

nuptias inuitati, nõ syllogismis, sed pugnis more Cen-

turorum & Lapitharum inter se contenderunt.

QVID SPICVLA PERDIS.

Sanguine plebeio? si qua est tibi curatuorum

Vertere in Æaciden.

HÆC carmina usurpari possunt uice prouer-

bi in admonitione ad principes, qui bellicam glori-

am expetunt, ut intermissis bellis ciuilibus & ple-

beis, acquirant uictoriam non ex cæde miserorum ci-

uium & rusticorum, sed ex bello aduersus Turcam

pro gloria Dei & defensione Ecclesiæ suscepto. Hoc

mirum est uerti in Æaciden.

A CHILLIS INTERITVS.

INTERPRETATIO

ille igitur tantorum uictor Achille
Victus es à timido Graeae raptore maritae.

LOCVS communis de usitato heroum inter
tu. sepiſſimae enim accidit, ut fortiſſimi quiq; ab igni
uiſſimis fraude interficiantur. Sic Scipio Africanus
ſic Pompeius magnus, ſic Iulius Caesar, multiq; ab
perempti ſunt. Fertur autem Achilles inſidioſe occi
ſus à Paride in templo Apollinis: nam cum illuc
riſſet in colloquium cum Andromache Hectoris uxor
re, de Polixena in matrimonium ducenda, ex inſi
dijs interfectus eſt telo Paridis, qui ſe in templo oc
cultauerat. Et hinc conficta eſt fabula de Apolline
exhortante Paridem, ac telum dirigente in Achillem.

AT VIVIT TOTVM QVÆ

GLORIA COMPLEAT

ORBEM.

ALIVS locus communis de gloria, prae
quam omnia in hoc mundo ſunt caduca. Hec enim
ſola eſt immortalis: cætera uerò omnia, quantum
magna, intereunt. Sunt igitur digni obſeruatione
hi uerſus:

„Iam cinis eſt ex de tam magno reſtat Achille.

„Nescio quid, parua quod non bene cõpleat uirum.

„At uiuit totum quæ gloria compleat orbem.

„Hec illi meſſura uiro reſpondet, & hæc eſt.

„Par tibi Pelide, nec inania Tartara ſentit.

ARBITRIVM LITIS TRA-

IECIT IN OMNES.

Exem

E
pes, quor
gerere d
nent: nem
iudicanda
cent.
I N
CO
Conf
AIA
ta eſt e
Teucro
tur confi
bitrantur
re digna
habent p
minu or
quam ui
ſtantes. N
nis & R
huic figi
tentione
Officior
eſſe belli
aures li

EXEMPLVM quo admonentur princi-

pes, quomodo in grauibus & odiosis controuersijs se gerere debeant, ut inuidiam & offensiones declinent: nempe ita, ut legitimo iudicio controuersias diiudicandas permittant: nec arbitrium litis sibi uendicent.

IN LIBRVM DECIMVM TER- TIVM.

CONTENTIO AIACIS, ET VLYSSIS.

Confedere duces & uulgi stante corona &c.

AIA C I S & Vlyssis contentio de armis, sumpta est ex Euripidis Helena. ibi enim fit eius mentio Teucro commemorante casum sui fratris. Ac uideatur conscripta ad imminuendam eorū opinionem, qui arbitrantur nullam esse uirtutem admiratione & honore dignam, nisi fortitudinem decertandi. Multi. n. sic habent persuasum, bellatores antecellere omnibus hominū ordinibus, magisq; necessarios esse Reipublice quam uiros eloquentia, consilio & eruditione praestantes. Nec dubium est plurimos olim fuisse et Athenis & Romae hac opinione inflatos, qui occasionem huic figmento praebuerint. Tractatur igitur hac contentione locus communis, quem Cicero tractat in i. Officiorum, ubi disputat, res urbanas praestantiores esse bellicis, cum inquit: Cedant arma togae, concedat aures lingua.

I N T E R P R E T A T I O

Sed Ouidius longè illustrius quàm Cicero hunc locum explicat, proponens ob oculos duorum principum contentionem, quorum alter animi & corporis uiribus: alter eloquentia & consilio excellit: quod mirificam habet gratiam, utriq; personæ affingit prædecoro orationem aptam & moribus conuenientem. Aiæ oratio est militaris, incitata, plena iactantia, plena indignationis: E contra Vlyssis oratio est urbana & oratoria, et quodammodo etiã ueteratoria. Ille enim iactatorem, hic simulatorem refert: & quam le insolenter, tam modestè hic causam suam agit. Atque uerò orationes pertinent ad statum iuridicalem, est. n. disputatio, utri iure debeantur arma. Sed utriusque sumuntur argumenta à persona, cuius dignitas ducitur ex genere Demonstratiuo, à nobilitate partium, & magnitudine rerum gestarum.

Aiæ pro decoro militari utitur exordio ac & abrupto. Orditur autem à re præsentis: nam cum eo in loco causa ageretur, unde conspici posset classis Græcorum, quem paulo ante sua uirtute seruauerat, arripit hinc exordium, conquerens nihil esse indignius, quàm eo loco, ubi non ita pridem ipse omnium fortissimè pugnasset, ac classem ab impetu & incendio hostili defendisset, nunc in dubium uocari suam uirtutem, seq; conferri cum Vlysse homine loquaci et imbecilli: qui cum defendendi essent socij, defendenda essent castra, eo ipso loco aciem deseruisset. Deinde arguuntur in hunc modum: Achilles

ma iure d
Achillis o
nobilitate
rem prob
tione &
nemq; sw
lium amp
rò quàm
turpiter
relictum
mum eiu
uentum:
sua facin
sem hosti
classe: op
His facti
extenuat
tudine &
to talis o
dum in e
nibus iac
animi ac
uti hoc o
sequent
Den
Arn
Inde
H

ma iure deberi uel heredi, uel præstantiori. Se uerò Achillis esse patruelem, et Vlyssc præstantiorem tum nobilitate tum uirtute: Ergò sibi iure deberi. Minorem probat, primùm serie maiorum: deinde narratione & enumeratione rerum à se gestarum: rationemq; sumptam à propinquitate & splendore natalium amplificat collatione familie Vlyssæ. Prius uerò quàm exponat sua merita, commemorat Vlyssis turpiter facta: nempe Philocteten per seclus ab illo relictum in itinere: Palameden uirum præstantissimum eiusdem criminatione, dolo & inuidia circumuentum: Nestorem in acie desertum. Postea iactat sua facinora, uidelicet se protexisse suo clypeo Vlyssesem hostibus cinctum: se prohibuisse incendium à classe: opposuisse se Hæctori igni & ferro grassanti. His factis è regione confert res Vlyssis, quas ediose extenuat. Postremo argumentatur à Clypei magnitudine & splendore, quod Vlyssi uiro ad insidias nato talis clypeus minimè conueniat. Ac quemadmodum in exordio per indignationem se uultu & manibus iactat, ita & in fine orationis ostendit signum animi acris & indignantis, ubi pro decoro fingitur uti hoc colore rhetorico, seu potius militari, ex consequentibus.

Deniq; quid uerbis opus est? spectemur agendo.
Arma uiri fortis medios mittantur in hostes,
Inde iubete peti.

Hæc est summa prioris orationis, quæ etsi est

INTERPRETATIO

diserta, tamen ad posteriorem collata, uidetur quodammodo horrida & inculta. Nam Vlyssæa oratio est adeò oratoria, ut nesciam an Demosthenes uel Cicero in hac causa disertiores habere potuissent. Seneca scribit Ouidium contendisse cum eloquentissimis declamatoribus sui temporis tractando hoc ipso argumento de iudicio armorum: unde non dubium est has orationes summo studio & iudicio elaboratas esse.

Porro initio dicendi non properandum Oratori, sed paululum commorandum esse, quemadmodum Cicero & Quintilianus docent. Mora enim & expectationem auditorum excitat, et uerecundiam speciem habet. Itaque in Vlyssæ, ut in oratore, depingitur alius gestus & habitus, quam in Aiace. Fingitur enim Vlyssæ antequam initium dicendi faciat, stare cogitabundus, oculis in terram defixis.

Astitit, atque oculos paulum tellure moratos
Sustulit ad proceros, expectatoque resoluti
Orasono.

Estque hic locus de Vlyssæ terram intuentem sumptus ex tertio Iliados:

Ἄλλ' ὅτε δὴ πολὺ μῆτις ἀναΐξειεν Ὀδυσσεύς
στᾶσκέμ, ὕπαι δέ ἴδεσκε καὶ χθονὸς ὄμμα
τα πῆξας.

DISPOSITIO ET
PARAPHRASIS ORATIONIS
NIS VLISSÆ.

L I B. XIII.

Si mea cum uestris ualuisse uota Pelasgi.

EXORDIUM ex ipsa causa, ab affectu, quo captat principum benivolentiã à persona Achilles, quem ostendit esse causam huius contentionis.

Si quid meæ preces uestris coniunctæ apud Deos immortales Græci ualuisse, nihil hac controuersia nunc opus esset. Nam & Achilles adhuc uiuus suis armis potiretur: & nos egregia eius virtute frueremur. At iniquitate facti (idq; sine lacrymis effari nequeo) ille mihi pariter & uobis ademptus est, ecquis in possessione armorum tanto viro hæres succedet iustius, quam is, cuius ipse opera ad societatem huius belli accessit:

Huic modo ne profit, quod ut est hebes, esse uidetur. Inuersio ironiæ, qua Ajax initio orationis suæ contumeliose de Eloquentia loquitur, cum ait:

Tutius est igitur fictis contendere uerbis
Quã pugnare manu: sed nec mihi dicere promptiã
Nec facere est isti: quantumq; ego Marte feroci,
Inq; acie ualeo, tantum ualet iste loquendo.

Cum verò eloquentia, ut probrum mihi obijciatur, initio orationis meæ peto, ne huic, qui ad arma tantum promptus, alioqui hebes est, nihilq; utilitatis vel oratione vel consilio uobis vnquam attulit, ipsa stupiditas prosit: neue mihi obsit hæc (si quæ est) facultas dicendi, qua nunc

I N T E R P R E T A T I O

nunc meam causam ago, & semper communi
commodo atq; vilitati vestræ seruiui.

Nam genus, & proavos, & quæ non fecimus ipsi

Refutatio argumenti de nobilitate generis, in
qua Vlysses callidè & prudenter dissimulata ea, quæ
sibi ab Aiace obiecta sunt de Anticlea matre à Sisypho
stuprata. Vicissim autem obijcit ei patrum propter
fraternam causam exilio multatum. Quæ in re
obseruat præcepta, quibus Rhetores docent, obiecta
crimina, si palàm negari aut commodè refutari ne-
queant, esse dissimulanda silentio: Consutationis ta-
men loco similiter aliquid probri aduersario obijci-
endum, quod eum rursus pungat, & apud auditores
in contemptum adducat.

Liceat igitur mihi, quod necessitas postulat,
commemorare, quibus rebus alter alteri præ-
ferret, & absq; inuidia gloriari bonis, quæ propria
nostra dicuntur. Nam Ajax dum natalibus
& maiorum imaginibus gloriatur, non suis, sed
fortunæ bonis se iactat. Si quid tamen nobilitate
generis, vnde nihil solidæ & veræ laudis
nobis accedit, gloriandum est: ego quoq; glo-
riari possum, me Iouis proneporem esse. Laertes enim
patrem habeo: Laertes Arcesium
Hic Iouem. Neq; vllus scelere contaminatus,
& in exilium eiectus reperitur in mea familia
paterna, vt in Aiacis. Auget quoq; nobilitatem

tem

L I B. X I I I.

tem meam ipsa mater, quam Mercurij nep-
tem esse constat: atq; ita vtrunq; parentem
dijs genitum habeo. Sed quoniam (vt dixi)
hæc bona fortunæ potius. quàm nostra sunt,
nihil in hac causa valeat, quod materno genere
sum nobilior: quod in mea familia paterna
nullus fratricida habetur. Quare omni nobilitate
generis exclusa, solis in Rempublicam me-
ritis causam expendite.

Dūmodo quod fratres Telamon Peleusq; fuerūt

*Refutatio argumenti de cognatione & iure
hereditario.*

Deinde si in hoc negotio, vbi non de nas-
talibus, sed de meritis contentio est, tanquàm
in adeunda hæreditate propinquitas valeret,
hæc arma non Aiaci, sed Pythio filio Achillis,
deberentur. Si verò is non relictus esset
hæres, Peleo Achillis patri, qui adhuc vivit,
hæreditas obueniret. Videte ergò quàm im-
prudenter faciat Ajax, qui, cum non sit gradu
proximus, tamen hæreditario iure audet arma
postulare. Quid dicam de Teucro ipsius fratre
germano: cur eandem hæreditatem non petit?
Est enim Achilli non minus cognatione patrues-
tis, quàm ipse Ajax. Sed ideo non petit, quia
intelligit ea sibi nullo propinquitatis iure des-
perari.

Ergo

I N T E R P R E T A T I O

Ergo operum quoniam nudum certamen habetur.

Conclusio, qua preparat aditum ad narrationem suorum meritorum in Rempublicam.

Itaq; cum in hac causa neq; nobilitas, neq; cognatio, sola vtriusq; virtus & merita spectanda sint, ego paucis attingam nec singula, sed precipua, quæ pro communi exercitus salute in hoc bello peregi.

Præscia uenturi genitrix Nereia lethi.

Inchoat narrationem ab Achille adducto, colligens omnia eius facta sibi ascribenda esse: se enim horum fuisse causam.

Ac primum (vt ordinem rerum in narrando sequar) scitis quanta cura & sollicitudine Thetis mater Achillem filium custodierit, ne in expeditionem hanc proficisceretur, quam oraculo prænouerat ei fatalem esse. Abdidit eum in Gynæceum regis Lycomedis, vbi inter puellas vestitu muliebri lateret. Cum verò à vobis desideraretur, essetq; obscurum, vbinam delatesceret, quaq; ratione posset inueniri, ego de operâ, vt inuestigarem, vbi versaretur. Cum explorassem eum occultari in Scyto insula clam illuc profectus sum, allatis mecum variis mercibus, quibus & puellæ & iuuenes delectantur. His expositis ad gynæceum Regis, cum accedentes puellæ contemplarentur & cuperent

qua

quæ ip
veste in
de con
Itaq; eu
geret m
pugnari
esset. Eff
& in be
quicquid
gestū, n
ego insu
ego den
nibus
atq; pro
Achille
licam
equum
vt d
Q
fecerit, f
Græcoru
Al
ceptum
tus no
lasse r
qua

quæ ipsis placebant: Achilles adhuc muliebri
 veste indutus, arripit parmam & hastam: vna
 de coniecturam feci, hunc ipsum esse Achillem.
 Itaq; eum allocutus & hortatus sum, ne subterfu-
 geret militiam, neue dubitaret nobiscum op-
 pugnare Troiam, ad cuius interitum ipse natus
 esset. Effeci deniq; vt mecū huc proficisceretur,
 & in bello egregiā vobis operam nauaret. Ergo
 quicquid ab eo præclarè, quicquid vtiliter hic
 gestū, mihi sanè debetur. Ego Telephū domui:
 ego insulas & vrbes Troiæ vicinas expugnaui:
 ego deniq; præstiti vt esset, qui sæuum & om-
 nibus formidabilem Hæctorem compesceret
 atq; prosterneret. Quare his armis, quibus ego
 Achillem tunc indui, me pro tanto in Rempus-
 publicam merito nunc donari atq; ornari non ini-
 quum esse censeo.

Vt dolor unius Danaos peruenit ad omnes.

*Quod rem difficilissimam sed utilissimam con-
 fecerit, persuaso Agamemnone, ut filiam pro salute
 Græcorum immolaret ad placandam Dianam.*

Alterum hoc beneficium mihi quoq; ac-
 ceptum fieri debet quod cum vniuersus exers-
 itus noster iam conuenisset, in Phrygiam
 classe transmissurus, nec idoneam tempesta-
 tem

I N T E R P R E T A T I O

rem haberet, ac propterea in Aulide diu hæretis scelus
 ret ociosus : ego tandem perfecti, vt classis inuouissent
 desolueret. Persuasi enim Agamemnoni, violentia
 Iphigeniam filiam suam, pro salute exercitus manus
 immolaret Dianæ, quæ irata aduersis venemelae, quæ
 nos remorabatur, & illam ad sacrificium stultitiam
 hostiam dari poscebat. Quanta verò difficultate Longa
 te hoc à patre impetrauerim, ipse mihi testis est
 Fateor equidem (fatenti autem Agamemnoni Cong
 ignoscat oro) me in hac causa adhibuisse omne Republic
 nes ingenij vires, omnes eloquentiæ machinas Lon
 quibus eum impulsi in hanc mentem, vt statuto illo
 ret sibi quoquo modo tolerandum & conabui
 dendum esse, quod publicè prodesset: vt abuimus
 amorem erga fratrem & quam in exercitibus ini
 summam potestatem habet, paternæ caritatem apertum a
 anteferet. Iam accedente patris voluntate, matrem a
 trem arte circumueni, quia sciebam hanc nunc strem
 lis rationibus in eandem voluntatem adducam diu
 posse: Ad hanc si Ajax fuisset missus, nostra clise fecerit
 sis etiam nunc impedita illic hæreret in portu: castra
 commun

Mittor & Iliacas audax orator ad arces.

*Quod periculosam obierit legationem, et
 Paris accusandus esset apud Troianos.*

Quid est quod etiam periculosissima legatione functus sum, cum mitterer Troiam legatus ad reposcendam Helenam; vbi cum Paris

dis scelus
 mouissent
 violentia
 as manus
 melae, quæ
 stultitiam
 Longa
 Cong
 Republic
 Lon
 illo
 abuimus
 abuimus
 ini
 apertum a
 strem
 diu
 fecerit
 castra
 commun
 entur mo
 bundare
 um, vbi r
 Ecce Io
 Qu
 buerit, ne
 d

diu hæredis scelus, & ipsum acriter accusassem: & per
 classis inuouissem Priamum & Antenorem: uix effugi
 nonni, uiolentiam Paridis & aliorum, qui mihi nefaria
 exercitus manus inferre conabantur: sicuti tu nosti Me
 rphis uenelae, qui eiusdem legationis & periculi socius
 ficium sifuisi.

difficulte Longa referre mora est, quæ consilioq; manuq; .

hi testis e Congeries multarum rerum quibus se profuisse
 memn Reipublicæ commemorat.

Longum est commemorare omnia, quæ
 o illo tempore cum Troianis in obsidione
 abuimus. Viriliter consuli, ac manu mea feci:
 hostes initio belli aliquot prælijs repressi, diu
 nocentibus se continuerunt, nec postea nobis
 um aperto Marte conflixerunt, nisi decimo
 emum anno. Quid tu interea, qui manu tanta
 am strenuus es, quid fecisti? quis tui fuit usus
 am diuturno tempore? Si verò requiris, quid
 ose fecerim, ego interea hostibus insidias tetena
 ti: castra & naualia fossis propugnaculisq;
 omuniui: socios consolatus sum, ne frange
 entur mora belli. Curauit, ut exercitus noster
 bundaret comneatu: nusquam non missus
 am, ubi necessitas postulauit.

ssima leg Ecce Iouis monitu deceptus imagine somni.

piam leg Quod seditionem in castris sedauerit, ac pro
 cum Parauerit, ne exercitus dilaberetur.

N

Ad

INTERPRETATIO

Adhæc, cum Agamemnon diuino som-
 nio deceptus, fingeret se infectis rebus dimissu-
 rum esse exercitum, meministis vt pleriq; ru-
 rint in naues. Non incuso hîc Agamemnonem
 cuius factum autorem Ioue defendi potest: sed
 Aiace incuso, qui Græcos fugam moliente
 non modo non reuocauit à turpi proposito
 id quod talem bellatorem in primis decebat
 sed etiam ipsemet tum meditatus est fugam
 Vidi enim ac pudivit me tuæ Ajax, cum
 instrueres nauem, & inhonestam abitionem
 parares. Ibi ego præcipuè retinui in officio mi-
 litem: reuocaui fugientes: compefcui acribus
 verbis contumaces: & dixi: ne post tanti temp-
 ris moram relinquerent obsidionem, proq; vi-
 ctoria ex hostibus, sempiternum dedecus
 portarent. Dolor enim tunc suggerebat ma-
 gnam orationem, pro Republica laboranti, ne qui-
 fieret tanto exercitu indignum, quod ad per-
 steritatem nobis omnibus afferret ignomi-
 am. Cumq; Agamemnon conuocaret prin-
 cipes ad sedandum multitudinis motum,
 tum quidem Ajax habuit quod in medium
 consuleret, vel solummodo hisceret. Ego ve-
 non solum in consilio dixi quæ prodesse
 sed damosissimum quenq; ex plebe compefcui
 nec passus sum Therfiten impunè regi ca-
 terisq; principibus facere conuicia. Exhortatus
 sum

iuino somnum socios ad tolerandos ac perferendos bellum
 ius dimissis labores: acui ad pristinam virtutem: eorumque
 plerique ruitimos iam deiectos iterum erexi. Quare si quid
 ammonem ex eo tempore etiam iste vtiliter magnoque anti-
 potest: sed mo gestis, mihi inde aliqua gratia debetur, qui
 moliente eum ex fuga retraxi.

Denique de Danais quis te laudatue petitue.

Inuersio argumenti, quod Ajax obijcit Vlyssi,
 eum inquit:

Luce nihil gestum, nihil est Diomede remoto.

atque haec inuersio amplificatur ex signis consequen-
 tibus, quibus Vlysses probat se pugnasse acrius ipso
 Aiace, quia exceperit uulnera non clypeo, sed aduer-
 tantem tempore corpore, Aiacem uero semper sibi cauisse ne uul-
 m, proque vereretur.

Illud autem in magna laude pono, quod
 Diomedem virum fortissimum, sine quo iste
 nihil a me gestum esse, socium habeo consi-
 derorum & laborum: cum ipse tam parui fiat, ut
 nemo ex Graecis omnibus eum sibi socium ex-
 perat. Me uero Diomedes ex tanto numero
 solum elegit, quo socio maxima obiret pericu-
 la. Scitis enim me non forte illi adiunctum,
 sed ab ipso fuisse iudicio electum, ut speculato-
 res ingrederemur castra hostium. Qua in re,
 quantum periculi susceperim pro utilitate pu-
 blica, vobis constat. Neque sine fructu nostra
 Exhortatio fuit diligentia: Nam Dolonem eadem ausum

INTERPRETATIO

quæ nos, interemi: non ante tamen quam ipso omnia explorassem, quæ hostes machinantur. Confectum erat negotium, cuius causa exieram: iamque poterant redire cum laudibus rebus hostium præclare exploratis & cognitis per Dolonem. Sed ut amplius de patria mereretur, accessi etiam ad ipsa castra hostium, ibi Rhesium potentem illum regem cum multis primoribus Thraciæ in tentorijs suis interemimus & capto regio curru similis triumphanti reuerfus sum. Nunc igitur (si dñs placet) mihi concedite illius arma, cuius equos Dolon Troianorum speculator ausus erat petere pro æterna sua opera, sitque melius de vobis meritis Ajax, quam ego. Ac ne putetis me insidijs tantum & lingua cum hostibus bellare, vobis meritum est, quomodo me gesserim in acie, cum interfecidissem in copias Lyciorum, quamque multos præstantes viros ex illis mea manu interfecerim. Nec desunt mihi cicatrices aduerso corpore exceptæ, quas, si verbis meis fidem non habetis, en aspiciate. Libet enim eas exhibere et præferre tanquam testes meæ virtutis, id quod Ajax non potest. Si quod enim vulnus accipit per tot annos ipse ostendat.

Quid tamen hoc refert, si se pro classe Pelasgum.

Concedit esse quidem uera, sed non uni arroganda, quæ Ajax retulit de classe, & de monomachia.

Iam

Iam v
im quic
asse & re
ma cepe
uocq; com
mauit daf
cium ha
chillis, q
us tantum
ur. Quia
m singul
ctore, ob
aliorum
m, qua p
ramine
ctor abi
Me miser
Refu
inuersio
Nunc
mhi in m
corpus, ac
eos hum
m fecerin
s, an vere
s? Ac m
anda arm
Iam

Iam verò concedo ei hanc laudem (nolo
 quicquam ei detrahere) quod pro tuenda
 classe & reprimendo hostium impetu strenuè
 arma ceperit, sed ita tamen concedo, vt alijs
 quoq; communem. Non solus enim propu-
 nauit classem, nec solus propulsauit hostes, sed
 socium habuit Patroclum, qui propter arma
 Achillis, quibus tunc erat indutus, intulit hosti-
 bus tantum terroris, vt in fugam conuerterentur.
 Quia etiam nimis arroganter iactas, te so-
 lum singulari certamine ausum congregi cum
 ductore, oblitus Agamemnonis, Menelai, mei,
 aliorum, qui idem facturi erant, si per sor-
 tem, qua prælatus es, licuisset. Quanquam in eo
 certamine nihil laude dignum effecisti, cum
 ductor abierit sine vulnere.

Me miserum, quanto cogor meminisse dolore.

*Refutatio argumenti de inutili armorum usu
 inuersionem.*

Nunc autem non sine acerbissimo dolore
 mihi in mentem venit, vt Achilles interfecit
 corpus, adhuc armis indutum, sustulerim in
 eos humeros, ac reportauerim in castra: quod
 fecerim luctu & dolore propè exanimatus,
 an veremini ne sim par solis armis gestans?
 Ac mihi, principes, non sunt vires ad ge-
 randa arma, sed etiam mens est, quæ eorum
 digni-

INTERPRETATIO

dignitatem ac precium intelligit. Ideone putatis, Thetin Achillis matrem voluisse tanta fabricari hæc arma, vt imperitus & stolidus miles ea circumferat? quid enim iste intelligit Pleiades, Hyades, & alia ornamenta in clypeo insculpta.

Quid? quod me duri fugientem munera belli Arguit &c.

Inter turpia facta obiectum est Vlyssi, quod simulatione militiam subterfugere uoluerit. Ad hæc criminationem ipse nunc respondet, eamq; ita diluam à similiti:

Porro cum ait me simulatione subterfugisse militiam, ac ferius venisse ad exercitum non tam me quam Achillem arguit. Si quis enim criminis habuit simulatione, qua usus sum ipse etiam Achilles non caret crimine, qui ead me, usus est. Si verò mora culpam debet, ego nus sum culpandus, qui veni maturius quam Achilles. Alioqui vterq; nostrum iustas habuit causas, cur eiusmodi simulatione uteremur. Illum pietas matris, me pietas vxoris detinuit. primum illis, postea vobis satisfecimus (& spero) cumulatissimè. Quod si tamen hæc factæ fortassis me non excusant, ego non recuse in eo accusari & reprehendi, quod mihi commune est cum tanto viro. Verum vt utrumque

interim
nio, &
sam est
Neu
T
fete. N
princip
rum com
Translat
sine Iron
ationem
ditatem.
Ac
sum esse
nim fa
qui eum
ead me,
est dan
sed non
honestis
entorio
doctete,
can Lem
molestia
conquillo su
etum ha
interim

deone pur
e tanta cur
& stolidi
ste intelli
ta in clype
nera belli
lysi, quod
cit. Ad ha
nq; ita dil
ne subterf
exercitum
uit. Si qu
a vsus sum
ne, qui ead
per, ego n
urius qu
a iustas h
ne vterem
ris detin
imus (&
nen hæc
non recu
d mihi co
um vtut
interim

interim gl'ior simulationem illius meo inge
nio, & meam non ingenio Aiakis deprehen
& stolidam esse.

Neue in me stolidæ conuicia fundere lingue

*Translatio criminis de Palamede & Philo
ctete. Nam ipse culpam utriusq; facti transfert in
principes, ostendens communi eorum suffragio alte
rum condemnatum, alterum in Lemno relictum esse.*

*Translationi uerò criminis de Philoctete additur in
fine Ironia & ἀδύνατον ad amplificandam confus
ionem criminis, & ad exagitantam Aiakis stoli
ditatem.*

At non mirum est, cum in me contumeliosum esse: vobis etiam contumeliosa obijcit. Si enim facta est Palamedi iniuria, magis ad vos, qui eum condemnastis, crimen pertinet, quam ad me, qui eam me, quis eum accusaui: siquidem grauius est damnare innocentem, quam accusare. Sed non est facta illi iniuria. Nam causa manifesta rebus tenebatur, conuictus est proditorio. Nec video quo iure me accuset de Philoctete, cum illum vestro consensu reliquerim in Lemno. Suasi equidem, vt se abduceret à molestia belli & itineris, & vt in loco tranquillo suæ valetudini seruiret, quod et fecit. Sed vt utrumque vitam retineat, euentus res

I N T E R P R E T A T I O

statum, me fidele consilium ei dedisse. Ac quia vates indicant eo quoque viro opus esse ad capiendam Troiam, præcipiuntque ipsum adducere mihi, sed Aiaci iniungite, ut suo eloquio & ingenio eum vobis placatum adducat, qui magnitudine dolorum furens, irascitur omnibus: sed prius tota rerum natura mutabitur, quam Ajax sine me adducet Philocteten, qui quantumvis sit iratus & Agamemnoni et mihi meque execretur, accedam eum & mecum reduecam. Nec minus potiar (Deo volente) ipsius sagittis, quam alijs rebus positus sum, quibus studui vobis prodesse: ut cum Helenum vatem coegi aperire Troianorum fata: eiusque oratione edoctus, Palladium sustuli.

Nempe capi Troiam prohibebant fata sine illo.

Amplificatio ablati Palladij, quantum uideret momenti in eo fuerit, & quanta cum difficultate, quantoque cum periculo ipse id abstulerit. Hoc autem factum propterea sic amplificatur, quia Ajax in sua oratione id extenuat.

Quæ cum omnia Reipublicæ salutaria à me gesta sint, & quidem summo cum periculo meo, tamen Ajax non erubescit se mecum conferre. Nempe erat in fati, ne Troia caperetur sine isto signo: ubi tunc Ajax ille magniloquus, qui cum vnus omnium fortissimus velit ha-

beri,

beri, c
ego, co
noctu
di non
rum, at
ferre sig
fuitsem
se septem
peri voi
na, tra
li ad vo

Desi

R

est Diom
collation

sidio: sed

Ne

mure ita

suam la

quamui

verò ab

nueret vi

esse, hau

laret.

Qui

Quid

beri, cur non audebat tum, quemadmodum
 ego, contemnere vitam pro salute vestra, &
 noctu per excubias totq; armatos hostes ingre-
 di non modo urbem, sed arcem Troiano-
 rum, atq; inde ex ipsis penetralibus templi au-
 ferre signum illud fatale? Quod nisi ego præ-
 stissem. Ajax iam frustra se ostentaret ista mo-
 le septemplex Clypei. Illa siquidem nocte pe-
 peri vobis victoriam, patefecit hostium moe-
 nia, tradidi urbem quasi captam, cum transus-
 si ad vos Palladium.

Desine Tydiden uultuq; & murmure nobis.

*Repetitio superioris argumenti, gestum nihil
 est Diomede relicto. Id argumentum nunc amplificat
 collatione, quod quidem uterq; adiutus sit alieno præ-
 sidio: sed ipse unius tantum, Ajax uero multorum.*

Non est cur Diomedem oculis & murmure ita designes, ego candidè impertior ei
 suam laudem. Nec tu solus defendisti classem,
 quamuis eius rei gloriam tibi soli arroges. Ego
 verò ab vno tantum adiutus sum, qui nisi sta-
 tueret virum sapientem bellatori anteferendum
 esse, haud dubiè etiam sibi arma dari postula-
 ret.

Qui nisi pugnarem sciret sapiente minorem.

Collatio sapientiæ & uirtutis bellicæ.

Quid dicam de alijs principibus uirtute bel-

I N T E R P R E T A T I O

lica præstantibus, de Aiace, Oileo, Eurypylo, Thoante & Menelao: qui cum magnitudine animi sint nequaquam te inferiores, si manu decertandum sit, tamen nemo eorum ut tu mecum hinc in iudicio contendit de rerum gestarum gloria, sed nimirum hi omnes intelligunt, quantum plus præsidij sit imprudentium consilij pugnatum uiribus. Tu quidem ad arma promptus, sed temerarius: tu robustus, sed nullius consilij es: ego in rebus gerendis prouideo, quid futurum sit. Tu miles dimicando: de tempore dimicandi Agamemnon mecum deliberat. Tu tantum prodes corpore, ego animo. Et si dicere licet, quantum gubernator nauis remigi, quantum dux militiæ, quantum denique pectus, in quo omnium nostri corporis uis est, manui præstat, tantum ego tibi antecello.

At uos o proceres uigili date præmia uestro.

Conclusio per obtestationem.

Quæ cum ita sint, principes, facile statuetis utri nunc arma iure tribuatis. me quidem (ut spero) non fraudabitis isto præmio, quod peto pro uigilijs & laboribus susceptis publicæ salutis causa: uictoriam habetis in manibus: mea enim opera effeci, ut nihil iam obsteret, quo minus Troia capi possit. Quare per com-

mus

mun
per U
sapie
quo i
fit, vt
feris a
ius fa

M

R

F

dienti
magn
conten
confid
num a
nulla
Poeta
quont
discret

I
nerem
quest
caudis
sibi pe
troph
tificiu

munem spem, per optatum Troiæ interitum, per Deos, quos hostibus eripui, vos oro, si quid sapienter & periculosum agendum superest, in quo industria & fides mea vobis vsui esse possit, vt mei rationem habeatis, aut si omninò censeatis arma mihi deneganda esse, tunc Palladi, cuius fatale signum en videtis, ea consecrate.

*Mota manus procerum est, & quid facundia-
Re patuit. (possit*

Effectus eloquentiæ (ut inquit Cicero) est audientium approbatio. Itaq; Vlysses ut homo eloquens magno applausu locutus fingitur. Est autem hæc contentio hominis eloquentis cum homine bellatore, conficta (ut supra diximus) ad minuendam Thraso- num arrogantiam, qui à studijs literarum alieni, de nulla re bene existimant, nisi de re militari: id quod Poeta in fine, quasi insultans contemptoribus eloquentiæ, indicat, cum ait: fortisq; uiri tulit arma disertus.

Lutherus solebat dicere, equites licet contemnerent præ se literatos, tamen agnoscere studium equestre esse inferius studio literarum: ideoq; abiectis caudis equinis, quas olim gestassent, nunc imposuisse sibi penas, & habere eas in uertice capitis tanquam trophæum, à literatis positum: Nam ipse penas, artificium scribendi, ioco interpretatur.

INTERPRETATIO
CLYPEVS ACHILLIS.

ACHILLIS summi bellatoris clypeus non ociosè, sed cruditis picturis ornatus, admonet honestas literarum artes, principibus & præsidio & ornamento esse: earumq; tuendarum curam ne inter arma quidem esse deponendam. Homerus, unde hæc pictura clypei sumpta est, fingit Vulcanum in eo fabricasse astrorum cursus, nuptias, iudicia forensia, item prælia, & obsidionem urbis: quæ quidem sapientissimus Poëta idè in clypeo fortissimi principis depingenda duxit, ut doceret, utranq; curam, & pacis & belli, ad principes pertinere. Eos rebus partibus debere curam adhibere, ut honestarum artium studia floreat, ut ius matrimonij castum & legitimum teneatur, utq; rectè constituentur & exercentur iudicia, quibus controuersie & lites ciuium dijudicari et dirimi possint. Belli uerò tempore ipsis principibus necessariam esse rei militaris scientiam, ut defendere ciues, & propulsare hostes queant. Ad hanc Achillei clypei picturam, referendum est illud Iustiniani Imperatoris dictum: Imperatoriam Maiestatem non solum armis decoratam, uerum etiam legibus armatam esse debere.

DE PALLADIO.

Phrygiæ signum penetrale Mimeruæ.

TROIA fingitur euersa, postquam Palladium fuit illinc ablatum. Eo figmento significatur, tum denum

eta infir
ciendos
rum hu
fferat:
in simile
Sic enim
Teq
Reg
Num
Esse
Edic
Ma
mi regis,
& abieci
nec quisq
iusmodi t
matrarum
obseruan
dominum
abil en
ecuba c
Attrib
ua filian
Græci ad
n singuli
ultimam q
tem illam
orte, ne

etiam insignem Hecubæ calamitatem, ad commonefaciendos lectores de instabilitate ac uicissitudine rerum humanarum, ne quis uidelicet rebus secundis se offerat: sed quilibet cogitet, se ex summa scelicitate in similem calamitatem & miseriam incidere posse. Sic enim conuerso ad illum sermone ait:

Teq; gemunt uirgo, teq; ô modo regia coniunx
Regia dicta parens, Asiæ florentis imago,
Nunc etiã præda mala sors, quam uictor Vlysses
Esse suam nollet, nisi quod tamen Hectora partu
Ediderat, dominum matri uix repperit Hector.

Magna est autem calamitas uxorem potentissimæ regis, & clarissimi principis matrem, adeo uilem & abiectam fieri, ut omnes captiuam aspernentur, nec quisquam ancille loco eam habere dignetur. Eiusmodi triste ac miserabile spectaculum rerum humanarum diligenter considerandum est: ac in primis obseruandum hoc loco quod inquit Poeta:
dominum matri uix repperit Hector.

nihil enim potest hoc ipso loco ad deplorandam Hecubæ calamitatem dici miserabilius.

Attribuitur uerò ei lamentatio plena affectibus, qua filiam deplorat, quam è complexu ipsius raptam Græci ad tumulum Achillis immolauerant. Est enim in singulis penè uerbis $\pi\acute{\alpha}\theta\omicron\varsigma$, ut cum ait, illam esse ultimam quam tot orbata liberis iam lugere possit. Item illam quamuis sceminã, tamen interuisse cruenta morte, nec illi profuisse sexum, qui sceminas à cade tueri

INTERPRETATIO

tueri solet iure belli. Deniq; illam ab uno & eodem hoste perditam esse, à quo ceteri ipsius liberi sint perditii, id quod imprimis erat miserandum. Adhæc, collatione aliorum uocat se omnium miserissimam, suam priuatam calamitatem dicit publica calamitate grauiorem esse. Nam euersa urbe publicam calamitatem se finitam: se uero nondum calamitatibus suis defunctam esse. Se olim potentem ac foelicem, nunc omnium infelicissimam ac miserissimam, auelli suorum tumulis: trahi procul à patria in seruitutem: habere ludibrio, ac præbere tristissimum spectaculum relictarum humanarum. Postremò duo sunt ad monendam inuenerunt commiserationem, ualde pathetica. Alterum ubi queritur de sua uiuacitate, quod frangi doloribus extinguere nequit, sed reseruetur pluribus malis: proferens dicans à cõtrario foelicitatem mariti, qui morte ereptus sit omnibus his malis. Alterum ubi deplorat sortem filiae, quod ei non contigerit eadem fortuna quæ ceteris. Priami liberis tamen contigit: nempe ut in patria honestè sepelirentur. Ceterum Hecuba fingitur conuersa in canem, uel propter quandam aueracitatem & rabiem: Solent enim ira efferati, uel uergerentur gò appellari canes, uel propter insignem contemptum, in quo fuit apud insolentissimos hostes aduersa despiciata, ut ne hominis quidem, sed canis loco habere retur. Quemadmodum nunc apud Turcas Christiani habentur captiui, nec aliter appellantur, quam canes. Locus uero ubi Hecuba lapidibus interfecta tumulata est, ideò ex re, ut inquit Ouidius, nomen habet, quod eminit berones cognossem nam considerat OVI HO uidio fa rumpe alijs i mple Totq; Exitiu At po Nunc Nunc In gen Aeaci uis enim esse ipse ad hunc: ad tentus, Seneca & C

bet, quia κυνόσχημα, canis sepulchrum dicitur.
 eminit huius loci Pomponius Mela in descriptione
 heronesi Thraciæ: suntq; hæc ipsius uerba: Est ibi
 gnossena, tumulus Hecubæ, siue ex figura canis, in
 am conuersa traditur: siue ex fortuna, in quam
 ciderat, humili nomine accepto.

OVIDIUS A SENECA NVL
 LO IVDICIO REPRE
 HENSVS.

HOC loco refellenda est iniuria, quam Seneca
 idio facit, cum ait eum nescire desinere, & sepe
 rumpere sententias, dum studet unam rem alijs
 alijs uerbis eloqui: idq; probat (si dijs placet)
 mplo horum uersuum.

Totq; tuos idem fratres, te perdidit idem
 Exitium Troiæ nostriq; orbator Achilles.
 At postquam cecidit Paridis Phœbiq; sagittis,
 Nunc certè dixi, non est metuendus Achilles.
 Nunc quoq; mi metuendus erat: cinis ipse sepulti
 In genus hoc sæuit tumulo quoq; sensimus hostè:
 Aeacidæ fœcunda fui.
 cum enim uersus ita reprehendit: cum Polyxena (ina
) esset adducta tumulo Achillis, Hecuba dixit,
 is ipse sepulti in genus hoc sæuit, poterat esse con-
 tus: adiecit tumulo quoq; sensimus hostè: neq; hoc
 tentus, adiecit, Aeacidæ fœcunda fui. Ego uerò mi
 Senecam in Ouidio id reprehendere, quod et Virg
 & Ciceroni usitatum est, atq; in primis lau-
 datur.

INTERPRETATIO

datur. Anne eiusdem generis est illud Virgilianum?
 Quid puer Ascanius? superatne? & uescitur aura
 Ætherea? nec adhuc crudelibus occubat umbris?
 Nam ibi cum nihil aliud quærat, nisi an adhuc
 uat Ascanius, tamen eadem res ter uariatur. Bre
 quidē satis, superatne: sed addit, uescitur aura æthe
 rea. Ne hoc contentus, adijcit, nec adhuc crudelibus
 occubat umbris? Cicero in oratione pro Ligario
 quot uerbis idem significantibus eandem rem uersa
 cum inquit: erravi, temere feci, pœnitet, ad clem
 tian confugio, delicti ueniam peto, ut ignoscas ora
 Item, quid tuus ille Tubero districtus in acie gladi
 agebat? cuius latus petebat? qui sensus erat armoru
 tuorum? quæ tua mens, oculi, manus, ardor animi
 quid cupiebas, quid optabas? Quanta hîc multipli
 catio uerborum & sententiarum? gladius, mucro, s
 ma, sensus, mens, animus: cupiebas, optabas: stru
 gere in acie gladium, petere latus. Quæ quidem
 uoces idem significant, & sententiæ eodem spectant
 Ex his igitur manifestum est, Ouidium nullo iudic
 reprehēdi, hoc præsertim loco, ubi res affectum po
 cit, qui sine multiplicatione uerborum & sententi
 rum unam rem uelut inculcantium augeri nequit.

MEMNONIS CINERES IN
 AVES MEMNONIDAS.

MEMNON fingitur Auroræ filius, propriam
 patriam in Oriente sitam. Fuit enim orientalis Æthi
 opie rex. Aues uerò ex Æthiopia quotannis ad
 la

ant in Ph
 ubi Mem
 quibus hæ
 Ora
 dem, sed
 primum c
 infima su
 litum, non
 de petit à
 nonnulla
 impetrat
 A M
 filias hab
 conuertis
 quæ attr
 tari dilige
 bus insul
 rum fert
 Anium i
 atum, acc
 stea dicta
 Cum nih
 to quasi
 plurimur

gilianum? *ant in Phrygiam, teste Plinio : eoq; in loco tantum,*
scitur autem Memnon sepultus est, conspiciuntur, Hinc & de
bat umbra quibus hæc fabula.

Oratio pro Memnone ad Iouem, est breuis qui-
 dem, sed apta ad perueniendum. Ipsa enim Aurora
 auram ætheream primum orditur sic ab extenuatione sui : *Quantum*
crudelibus infirma sum dearum, tamen quia sum ex numero cœ-
ro Ligariæ litum, non uereor accedere tuam maiestatem. Dein-
rem uersa de petit à suis meritis : At qualiscunq; sum, tamen
ad clemens nonnulla sunt mea merita, quibus confisa spero me
nosces oratione impetraturam id, cuius causa huc ueni.

ANII FILIÆ IN CO-
 LUMBAS.

ANIVS rex fuit diligens paterfamilias, &
 filias habuit bonas & economas: hæc & ideo finguntur
 s, mucro, & conuertisse omnia in frumentum, uinum & oleum,
 abas : strim quæ atrectassent, quia fuerunt in tuenda re famili-
 quidem cari diligentes. Græci uerò ad Troiam, cum ex omni-
 em spectantibus insulis commeatu prohiberentur, & magna agro-
 nullo iudicium fertilitas eo tempore esset in Delo, coegerunt
 fectum per Anium insulæ regem ad subuehendum inde comme-
 & sententiam atum, acceptis ab eo obsidibus ipsis filiabus, quæ po-
 ri nequit. ista dictæ sunt (ut arbitror) in columbas mutatae,
 S IN Cum nihil amplius ex Delo mitteretur, cuncti frumen-
 AS. to quasi à columbis iam consumpto, hæc enim aues
 lius, propter plurimum frumenti consumunt.

CYCLOPIS AMOR ET
 CANTILENA.

INTERPRETATIO

Hunc ego, me Cyclops nullo cum sine petebat.
 IN Sicilia olim fuerunt homines barbari & im-
 manes, ab orbiculato oculo Cyclopes appellati: *κύκλις* & *κύκλος* circulus, & *ὄψις* aspectus seu oculus dicitur. Orbicularis uero oculus in media fronte, significat formam galeæ, quæ apud ueteres ita fiebat, rotundum foramen in fronte, tanquam fenestram haberet, unde eminebat ea pars faciei, quæ à confinio percilionum oriens, infra nasum porrigitur. Ac simile est istos barbaros, quoniam erant prædone exercuisse latrocinia eiusmodi galeis tectos, inde nomen consecutos fuisse. Horum princeps fuit Polyphemus, cui monstrosa corporis moles rectè tribuitur: ea enim barbaris & feris moribus cõuenit. Cantilena eius sumpta est ex undecimo Idyllio Theocriti: estq; generis partim demonstratiui, partim satirici, ipse enim studens conciliare sibi amorem Galatæe, primùm cõmendat ac laudat eam, si obsequens sit. Deinde per antithesin rursus uitupcrat, si non obsequatur: cæq; in re utitur plurimis comparationibus diuersarum rerum. Postremò hortatur illam ad se amandum, ab utili & à iucundo, recensens præcipuas agrestium hominum opes ac uoluntates: sed etiam commendat à sua ipsius forma, à mole corporis ab orbiculato oculo, atq; à nobilitate generis.

ACIS IN FLUVIUM.

Acis in amnem

Versus, & antiquum tenuerunt flumina nomen

ACI

ACIS fluvius Siciliae, nunc uulgo appellatur frigidus: nec longè à Taurominijs amnis ostio influit in mare: sicut Marius Aretius Syracusanus testatur in libello de situ insule Siciliae.

**GLAUCVS IN DEVM MA-
RINVM.**

ERASMVVS Roterodamus in prouerbio, Glaucus correpta herba habitat in mari, refert ex Graecis autoribus hunc Glaucum fuisse Anthedonium piscatorem, natandi peritissimum, & commentum esse imposturam eiusmodi: Enatasse portu spectantibus Anthedonijs, donec iam extra prospectum esset: ibi reuersum in terram, secessisse in locum aliquem remotum, atq; in eo dies aliquot commoratum esse, deinde rediisse nantem in portu spectantibus ijs, qui stabant in littore. Mirantibus autem amicis & sciscitantibus ubinam gentium tam diu commoratus esset, illi simulasse sese interim fuisse in marinis fluctibus. Tandem euenisse ut à belua marina deuoraretur, cuiq; ex more non rediret, iactatum esse populi famam, Glaucum gustata herba factum immortalem, & in mari uitam agere. Similem ferè historiam refert Iohannes Pontanus, qui tradit suis temporibus fuisse hominem cognomento Colam, plus in aquis quàm in terris uiuere solitum: nec potuisse spirare si diu abisset ab aquis, haud secus ac belluam marinam. Hunc quando tantum profecisse, ut auderet se committere pelago magnis tempestatibus commoto. Ac spaciū

INTERPRETATIO
quingentorum stadiorum conficere. Talem igitur fu-
isse Glaucum uerisimile est, eumq; uenisse in hanc
opinionem apud uulgus, ut existimaretur deus ma-
rimus.

IN LIBRVM DECIMVM QVARTVM.

DE SCYLLA PHORCI FILIA.

subiectaq; terga ferarum
Inguinibus truncis, uteroq; extante coërcet.

FRETVM Siciliense, quia scopulosum
angustum est, tanto feruet aestu, ut fluctus inter
concurrentes, scopulisq; illisi, quendam quasi laterum
referant. Hinc fingitur Scylla à pube, canibus
& lupis succincta, quam in eo freto scopulum esse
constat.

CERCOPESES IN SIMIAS

Colle Pitheciusas habitantum nomine dictas.

SIGNIFICAT Pitheciusanos fuisse astu-
tos et fraudulentos. Nam apud Athenienses olim in-
postores & dolosi dicebantur Cercopes, quasi canibus
dati, metaphora sumpta ab animalibus, quæ canibus
blandiuntur.

DE AVREO RAMO.

Fulgur

Fulgur
A
vendētib
tuano, &
Deum, si
uitam. H
eò quod
bilis: &
docet) oc
sas sectas
pientiam
inueniri,
tate nobi
& serua
uita amb
Ab h
pat exp
ramum in
Non
Hic i
Arbo
Obd
Conf
SII
propter
Vaticina
rum. Har

L I B. X I I I I.

Fulgentem ramum sylua lunonis auernae.

A V R E V S ramus, qui ad Elysiū campum
 tendētibus est necessarius, explicatur à Baptista Man-
 tuano, & exponitur allegoricè de fide seu fiducia in
 Deum, sine qua nemini contingit introire in eternā
 uitam. Hūc uerò ramum ait aureum rectè appellari,
 eo quòd auri substantia sit præcipua & incorrupti-
 bilis: & rectè (quemadmodum Sibylla apud Virgiliū
 docet) occultari in magno nemore. Nam inter diuer-
 sas sectas, & hominū opiniones, delitescere fidei sa-
 pientiam, quasi arborem in nemore amplissimo: Nec
 inueniri, nisi monstrante Sibylla, hoc est, Dei uolun-
 tate nobis reuelata per Prophetas. Inuento hoc ramo
 & seruato, nos per tenebras ac difficultates humane
 uitæ ambulantes, tandē peruenire ad sedem beatorū.

Ab hac theologica allegoria non multum discre-
 pat expositio Marcelli Palingenij, qui per eundem
 ramum intelligit ueritatem, atq; ita inquit:

Non cuiuis facile est ipsum cognoscere uerum.
 Hic ille est ramus, medium quem maxima sylua
 Arboribus densis cinctum atq; erroribus atris
 Obductum calat, nec multis aurca uirga
 Conspicitur, nisi cui puræ ostendere columbæ.

SIBYLLA IN VOCEM.

SIBYLLA Cumæa fingitur à Phœbo amata
 propter uaticinia, quæ olim Phœbo ascribebantur.
 Vaticinata est autem de bellis & imperio Romano-
 rum. Hanc ob causam fingitur hîc prædicere Æneæ
 futura,

I N T E R P R E T A T I O

futura, tanquam auctori gentis Romanae. Quia etiam fertur carminibus suis complexa esse oracula mille annorum: huc fortassis alludit Ovidius, cum fingit illam mille annos uicturam & postea superstitem fore perpetua oraculorum fama. Serapion meminisse carminum, quibus Sibylla gloriatur se uaticinando consecutam esse immortalitatem nominis, praedicit suas uaticinationes usque ad finem mundi duraturas. Videtur igitur Ovidius alludere ad haec ipsius carmina, cum inquit:

Voce tamen noscar, nocem mihi fata relinquent
 nullique uidenda
 VLYSSES A POLYPHEMO
 ET ANTIPHATE VE
 XATVS.

VLYSSES uarios habet hostes, a quibus subinde nouis afficitur calamitatibus, nempe Scyllam, Charibdim, Polyphemum, & Antiphaten. Singulis quilibet Heros habes suos hostes, a quibus diuexatur. Hercules habuit Antaeum, Gerionem, Cacum: Aeneas Turnum, Mezentium: Carolus V. Imperator Turcam, Pontificem, & Gallum.

V E N T I A B Æ O L I O U T R E
 E M I S S I.

Quos bouis inclusos tergo, memorabile munus FABVLA de uentis ab utre per imprudentiam emissis, accommodari potest ad inconsideratos principes nostri temporis, qui tumultibus & bellis tanquam uentis ab Æolio utre emissis turbantur.

Germaniam. Nam quemadmodum socij Vlyssis resolu-
luto utre tempestatem inducunt sibi perniciosam: ita
& hi reuulsis uinculis publicæ pacis, commouerunt
belli tempestatem & sibi & patrie calamitosam.

VLYSSIS SOCII IN
SVES.

Si considerentur mores hominum intemperan-
ter uiuentium, non est obscurum quid sociorum V-
lyssis conuersio significet. Parum enim differunt à
suis homines crapula, ebrietati & libidini dediti.
Significatum est igitur hac fabula. Vlyssis socios ad
pud Circeam uixisse admodum intemperanter: id quod
etiam Xenophon inuuit libro primò de factis & di-
ctis Socratis, ubi refert Socratem sæpe ioco dixisse,
se arbitrari homines idcirco suos effectos apud Cir-
ceam, quoniam illic immodicis escis potationibusq;
quasi in bara saginati sunt. Vlysses uerò partim mer-
curij consilio, partim abstinentia sua non fuisse suena
factum. Ac uidetur Ouidius depingere hic temulenta
tum hominem, ubi ait:

& qua modo pocula parte

Sumpta mihi fuerant, illa uestigia feci.

Temulenti enim imitantur gradiendo quadrupedes,
eorumq; manus sunt quasi pedes. Dicta est autem
Circe filia Solis, uel propter eximiam pulchritudina-
nem, uel propter noticiam herbarum, ob quam Æ-
sculapius etiam dictus est filius Apollinis seu Solis:

I N T E R P R E T A T I O

cunq; esset formosa & parum casta, homines amore
tanquam ueneficijs dementauit.

M O L Y.

Moly uocant superi, nigra radice tenetur.

HANC herbam Homerus decimo Odyssæ
scribit ualere contra ueneficia Circes, sed inuentu
difficilem esse mortalibus. Arbitror Homerum intel-
ligere per eam uoluisse temperantiam: Hæc enim es-
ficat, ne uoluptatum illecebris ab honesto deducamur:
estq; uirtus in homine rara. Apud Platonem Socra-
tes Charmiden leuaturus morbo, indicat radiculam,
quam ipse itidem interpretatur temperantiam, allus-
dens fortassis ad hanc ipsam, quæ uocatur Moly. Poë-
ta in Priapeis ioco transfert allegoriam herbæ ad
sensum obscænum, cum inquit:

Hinc legitur radix, de qua flos lacteus exit,

Quam cur Moly uocant? Mentula Moly fuit.

I A N V S C V R B I F R O N S.

Dicitur ancipiti peperisse Venilia Iano.

I A N V S fuit Ion Græcæ & Ausoniæ gentis
parens. Is fingitur bifrons, propter eam, qua excel-
luit prudentiam: Est enim prudentis, uidere à tergo
& à fronte, hoc est, considerare præterita ac futura:
& cum ijs conferre præsentia.

P I C V S I N A V E M S V I

N O M I N I S.

Nec quicquã antiquum Pico, nisi nomina restant.

P I C V S Ausoniæ rex perijt in uenatione, non
longè

longè a
Poëtæ
in aue
lam con

Pic

Au

Fec

CAN

Tal

C

enim ut

Ra

Vn

Et

Or

Hæc re

nus, om

D

In

I

similes,

est Plin

luebant

cabant.

Græci

longè ab insula, in qua Circe regnauit. Hac de causa
Poëta fabulantur eum ueneficijs Circeis esse uersum
in auem sui nominis. Virgilius prolixam hanc fabu-
lam complexus est tribus his uersibus:

Picus equum domitor, quem capta cupidine con-
Aurea percussit uirga, uersumq; uenenis (iunx
Fecit auem Circe sparsitq; coloribus alas.

CANENS PICI VXOR, EREPTI.

Coniugis dolore absumpta.

Tabuit, inq; leues paulatim euauit auras.

CANENS à canendo nomen adepta est: fuit
enim ut inquit Poëta,

Rara quidem facie, sed rarior arte canendi,
Vnde canens dicta: syluas & saxa mouere,
Et mulcere feras, & flumina longa morari
Ore suo, uolucresq; uagas retinere solebat.

Hæc recte fingitur mutari in auras: quia omnis so-
nus, omnis uox in auras euanescit.

DIOMEDIS SOCH IN AVES.

In plumas abeunt, plumis quoq; cola teguntur.

IN insula contra Apuliæ oram sunt aues fulicis
similes, quæ nusquam alibi uisuntur. Hæ olim, ut autor
est Plinius, ædem Diomedis in ea insula sepulti per-
luebant quotidie madentibus pennis, ac quasi purifi-
cabant. Aduenas item barbaros plangore infestantes.
Græcis tamen adulabantur miro discrimine, ueluti
genera

INTERPRETATIO
generi Diomedis hoc tribuentes. Vnde origo fabula,
nempe eas aues fuisse Diomedis socios.

APPVLVS PASTOR IN OLEASTRUM.

Improbat hos pastor, saltuq; imitatus agresti.

NON est inconueniens transformatio maledi-
ci conuicatoris in oleastrum. Par est enim accerbitas
in oleastri fructu, & in petulanti lingua. Quid igitur
fabula significet, Onidius indicat, cum inquit:

Nempe notam linguæ baccis Oleaster amaris
Exhibet, asperitas uerborum cecidit in illas.

**VENTI EX ASTREO ET
AVRORA NATI.**

tumidum subitis concursibus æquor
Astrei turbant, & cunct in prælia fratres.

VENTI dicuntur ex Astreo gigante nati,
quod ex halitu terræ uelut ex materia generentur.
Nam Physici per Gigantes intelligunt spiritus terræ
inclusos, sicut antea dictum est. Astreus autem Gigas
ubi genuit uentos, fertur cōcubuisse cum Aurora: Sol
enim autor & parens est motuum, eoq; oriente spi-
ritus et augentur & sternuntur pro commotione uel
aëris uel redundantis humoris, sicuti Aristoteles di-
sputat in problemate 35. sectione 25.

NAVES JENÆ IN NYMPHAS.

Lina comæ molles, antennæ brachia sunt.

MVTATIO nauium in Nymphas, signifi-
cat aues in aquis fuisse mersas, quæ ad hostibus erant
incensæ:

LIB. XIII.

incense: atq; ita conseruatas. Huius fabule autor est Virgilius in nono Aencidos.

ARDEA OPPIDVM IN AUEM
SVI NOMINIS.

Congerie è media tum primum cognita præpes.

FABVLA ex allusione nominis conficta.

est enim nomen Ardeæ equiuocum, utrumq; signifi-
cans & oppidum & auem. Lilius autem testatur
Ardeam Rutulorum urbem adhuc fuisse Tarquinij
temporibus, unde constat eam tunc incendio quidem
conflagrassè, sed postea fuisse instauratam.

ÆNEAS IN DEVM IN-
DIGETEM.

Quicquid in Ænea fuerat mortale repurgat.

Quæ hic narrantur de Numicio amne, Aeneæ
mortalitatem abludente, haud dubie referenda sunt ad
historiam: non obscure enim indicat Ouidius Æneam
in Numicio periisse, cum ait:

Littus adit Laurens, ubi certus arundine serpit

In freta fluminis uicina Numicius undis.

Hinc iubet Æneæ quæcumq; obnoxia morti

Abluere, & tacito deferre sub æquora cursu.

Corniger exequitur Veneris mandata, suisq;

Quicquid in Ænea fuerat mortale repurgat

Et respergit aquis.

GENEALOGIA RERVM
ALBANORVM.

Inde

INTERPRETATIO

Inde sub Ascanij ditione binominis, Alba.

IN hac Genealogia obseruanda est diuersitas nominum. Nonnulli enim reges, quorum hic sit mentio, diuersis nominibus appellantur. Epitus à Liuiio Atys & Capetus ab ipso Ouidio alibi Calpetus uocatur, ubi in 4. Fasto.

Et tuus est idem Calpete factus auus.

Nam ibi loquitur de Epito, cuius Nepotem ait esse Calpetum. Ac quoniam Epitus fuit Capeti seu Calpeti auus, ideò hoc loco ita dicit:

sed Capys ante fuit.

hoc est, Capeto prior: utpote ipsius parens. Item Remulus, què Dionysius Alladium, Liuius Romulum uocat. Est enim in numero personarum quoq; diuersitas. Nam Liuius aliquantò plures numerat reges quàm Ouidius: estq; regum Albanorum & Romuli genealogia hæc secundum Liuium. Æneas, Ascanius, Syluius, Æneas Syluius, Latinus Syluius, Alba, Atys, Capetus, Tyberinus, Agrippa, Romulus, Syluius, Auentinus, Proca, Numitor & Amulius fratres Rhea Numitoris filia, Romuli & Remi mater.

VERTVMNVS IN VARIAS FORMAS.

VERTVMNI Metamorphoses in aratorem, messorem, & alias hominum formas, significatiuè conuersiones anni, quibus nunc aratores, nunc messores, nunc uindemiatores, nunc frondatores, exequuntur suum munus: Nam annus, ut apud Græcos

ἐπικουτό
uertend
unde H
Viu
Vertum
uersus s
tempus
fructus
ferri et
amantiu
rijs ac d

AM
tur, pro
scure inc
Quo

SABI
SV

Luc
SV

bus Sabin
iecti fing
stitioso r
da & sub
ctu per ia

ἐπικουτό

L I B. XIII.

ἔπιπορευόμενος, ita apud Latinos Vertumnus dicitur, a uertendo, quod semper conuertatur peracto cursu: unde Horatius:

Viuerē uertumnis, quotquot sunt, natus iniquis. Vertumnus autē post uarias formas in aniculam conuersus significat annum iam senescentem. Sub id enim tempus Pomona Vertumno nubit, hoc est, arborum fructus mitescunt. Eadem Metamorphoses transferri etiam possunt ad inconstantiam amoris: Nam amantium animi sibi non constant, sed agitantur uarijs ac diuersis affectionibus.

ANAXARETE PVELLA
IN SAXVM.

ANAXARETE in saxum conuersa fingitur, propter duriciem animi: id quod Poeta non obscure indicat, cum ait: paulatimq; occupat artus.

Quod fuit in duro iam pridem pectore saxum.

SABINI ROMANORVM HOSTES
SVLPHVREA AQVA IN FUGAM
CONIECTI.

Lucida supponunt fœcundo sulphura fumo.

SVLPHVREÆ & feruentes aqua, quibus Sabini Romanorum hostes exusti et in fugam coniecti finguntur, significant milites sacros, qui superstitioso ritu mitabantur ad Vadimonis lacum, feruida & sulphurea aqua scatentem. Nam cum hostes nostri per ianualem portam irrupissent in urbē, ab his milia

INTERPRETATIO
militibus repressi & profligati sunt. Militum uero
sacrorum meminit Lilius libro 9. primæ decadis.

DE INTERITV ROMVLI.
Annuit omnipotens & nubibus aëra cæcis
Occulit.

ROMVLVS ideò fingitur à Marte ablatu
precedente tonitru et fulgure, quia subito coorta tem
pestate ictus est fulmine, cū ad exercitum recensendū
concionem in campo ad Capræ paludem haberet.

HERSILIA ROMVLI VXOR
IN ORAM DEAM.

Mutat, Oramq; uocat, quæ nunc dea iuncta Quirino est.)

MORTVIS honore deorū consecratis nomi
mina immutabantur, ne crederentur mortales fuisse.
Sic Romulus mutato nomine dictus est Quirinus: &
Hersilia eius uxor dicta est Ora; unde introductam
arbitror consuetudinem, qua Pontifices Romani tan
quam consecrati, nomen suū immutant. Erat aut Ora
apud Romanos, qualis Hebe apud Græcos, dea iuuen
ta: quæ & Horta dicebatur, ut Plutarchus refert in
libro problematum, eò quòd iuuenes ad uirtutem &
gerendas res hortaretur. Hanc Romani suo Quirino
perinde ut uxorem consecrarunt, significantes impe
rium non desidia et ocio, sed uirtute & rebus geren
dis parari atq; conseruari; uirtutem uero bellicam
niti flore iuuentutis,

IN

Pa
O
rum ac
runt te
mortuo
immigr
stria, m
pus hon
intra tr
dam Lu
ylli. A
honesti
partim
ictu a
his eni
liment
sum ca
le inius
animal
silium
tonem u
sum au
Laudab

IN LIBRVM

DECIMVM QVIN

T V M.

CONCIO PYTHAGORÆ.

Parcite mortales dapibus temerare nefandis.

OPINIO Pythagoræ de migratione animarum accepta est ab Ægyptijs. Hi enim primi extiterunt teste Herodoto, qui dicerent animam hominis et mortuo corpore subinde in aliud atq; aliud corpus immigrare, atq; ubi per omnia se circumtulisset, terrestria, marina, uolucra, rursus in aliquod genitum corpus hominis introire, atq; hunc ab ea circuitum fieri intra tria millia annorum. Hanc opinionem ut absurdam Lucianus festiuè irridet in dialogo Galli & Micylli. Apparet autem ex hac concione, Pythagoram honestis de causis esum carnis improbasse, ut homines partim à luxu ad frugalitatem auocaret, partim ut uictu assuefaceret ad iusticiam & mansuetudinem. His enim argumentis utitur: primò, cum necessarijs alimentis ex terra natis homines abundant, pertinere esum carnis non ad necessitatem, sed ad luxum. Deinde iniustum ac immane uideri, occidere & deuorare animal, præsertim innocuum. Et hoc fuisse ipsius consilium testatur Iustinus, cuius hæc sunt uerba: Crotonem uenit Pythagoras, populumq; in luxuriã lapsum autoritate sua ad usum frugalitatis reuocabat. Laudabat quotidie uirtutem, et uicia luxuriæ cõtemnebat,

P

nebat,

IN

I N T E R P R E T A T I O

nebat, casusq; ciuitatum hac peste perditarum enu-
 rabat, tantumq; studium ad frugalitatem multitudine
 nis prouocauit, ut aliquos ex his luxuriatos in op-
 mam frugem conuersos fuisse credibile uideretur
 matronarum quoq; separatam à uiris doctrinam,
 puerorum à parentibus frequenter habuit. Docebat
 nunc has pudicitiam & obsequia in uiros, nunc illas
 modestiam, & literarum studium: inter hæc uel
 genitricem uirtutum frugalitatem ingerebat.

Et quoniam magno feror æquore plenaq; uentorum
 Vela dedi, nihil est toto quod perstet in orbe.

ALTERA pars concionis, de uicissitudine
 omnium rerum ex alterna generatione & corruptio-
 nis, continens uarias similitudines & memorabi-
 lia exempla, quibus Pythagoras docet, res natas augeri
 auctas uigere, uigentes senescere, ac tandem corrup-
 ti, corruptionem uerò unius, esse alterius generati-
 onem. Multa hic commemorantur, quorum similia
 stris temporibus acciderunt. Sicut enim Helice
 Buris, ita nuper multæ urbes in Belgico mersæ sunt
 item quemadmodum ad Troezena urbem collis
 planicie enatus est, sic nostra memoria etiam Put-
 lis in Italia mons erupit è mari, præcedente terræ
 tu ac tempestate uentorum. Nec mirum uideri de-
 quod narrat Pythagoras, inueniri aliquando ca-
 chas marinas & anchoras in montibus: nam ex A-
 naliū monumentis constat Anno 1460. in Alpibus
 inuentam esse nauim cum anchoris in cuniculo, p-

quem
 sed sur
 subit
 C
 Flu
 Vij
 simili
 ta & l
 LAC
 R
 æ
 Au
 R
 quia si
 grauit
 rea uis
 quod n
 H
 Ess
 Q
 P
 mines
 quibus
 care ni
 qu

quem metalla effodiuntur. Non sunt igitur fabulosa,
sed sunt historica, quæ de montibus & insulis è mari
subitò enatis, deq; alijs mirabilibus hic referuntur.

CICONVM FLUMEN VER-
TERE IN SAXVM QVÆ
TETIGERIT.

Flumen habent Cicones, quod potum saxea reddit
Viscera, quod tactis inducit marmora rebus.

FRANCOFORDIÆ ad Oderam est
similis fons, in quem folia, gramina, ligna, & sarmen-
ta & boum cornua coniecta, lapidescunt.

LACVS ÆTHIOPVM INDUCE-
RE VEL FVROREM VEL
LETHARGVM.

Æthiopesq; lacus, quos si quis faucibus hausit,
Aut furit, aut mira sentit grauitate soporem.

RATIO naturalis secundum Senecam est hæc,
quia sicut ebrietas, donec excitetur dementia, nimia
grauitate defertur in somnum: Sic aque huius sulphu-
rea uis habet quoddam acrius ex aëre noxio uirus,
quod mentem aut furore mouet, aut sopore opprimit.

HYPERBOREI PLUMATI.

Esse uiros fama est in Hyperborea Pallena,

Qui soleant leuibus uclari corpora plumis.

PER corpora plumata uidetur intelligere he-
mines niuc conspersos. Nā Herodotus scribit pennas
quibus ultra Aquilonem aër oppletus fingitur, signifi-
care niucs. Cum igitur apud Hyperboreos densa &

I N T E R P R E T A T I O
ferè continuè niues cadant, fabula innuit homines
illic uersantes uelari plumis, hoc est, niue conspergi.
Horum regio, ut Plinius tradit, ad Riphæos montes
sita est, & à similitudine pennarum ῥιπόπος
nuncupatur.

**CRABRONES EX EQVO
PUTREFACTO.**

Pressus humo bellator equus crabronis origo est.
CRABRONES ex equo generati, allegorice
significant degeneres equitum liberos, qui à uirtute
bellica alieni, sunt prædones, & itinera reddunt in-
festa, sicut crabrones solent, ex arboribus iuxta uiam
erumpentes.

**SERPENTES EX MEDULLA
HUMANANA.**

Sunt qui, cū clauso putrefacta est spina sepulchro
Mutari credant humanas angue medullas.

SERPENS initio generi humano suum uir-
rus infudit. itaq; non mirum est, si ex humana me-
dulla serpentes generentur, propter hoc contagium.

HYENA.

quæ modo fœmina tergo
Passa marem est, nunc esse marè, miremur Hyena.

TALES Hyenæ sunt Theologi, qui de gra-
uissimis Ecclesiæ controuersijs pronunciant ac do-
cent, adeò ambiguè, ut nescias utram sententiam, hanc
uel illam approbent. Hi quasi utrinq; sexum, nunc
marem nunc fœminam referunt.

HIPPOLYTUS IN VIRBIUM

nunc idem Virbius esto &c.

HIPPOLYTI exemplum docet, preces parentum aduersus liberos à Deo exaudiri: ideoq; uitandam esse parentum offensionem. Nam ut grauissimè inquit Plato de legibus, nihil est liberis perniciosius execrationibus parentum. Virbius aut, qui se iactauit Hippolytum, fuit impostor subornatus, ut uidetur, à sacrificulis Dianæ Aretinæ, ad celebrandū lucum, quo maior hominum concursus istuc fieret. Id enim erat questuosum Sacrificulis. Ac fuerunt olim usitatae eiusmodi imposturae, ubi Idolorum cultus uigebat. Persepe autem inuenti sunt homines, qui per dolum alterius nomen usurparunt. Sic imperante Vitellio, alter quasi Virbius extitit in Illyrico seruus nomine Geta, qui se Scribonianum Camerinum finxit, seruatorem Romanum, quem Nero occiderat. Sic etiam post uiginti annos inuentus est, qui se Neronem iactitaret, tantumq; consecutus est fauorem apud Parthos, ut summo in honore haberetur, donec tandem detecta fraude occisus est à Calphurnio Galatiæ praefecto. Similiter anno 1547. Non longe ab Hercynia sylua inuentus est in quadam ruinosa & deserta arce uir corpore inculto atq; horrido, qui affirmauit se esse Imperatorem Fridericum II. dixitq; se reformaturum Imperij statum.

ÆGERIA IN FONTEM.

Non tamen Ægeriæ luctus aliena leuare.

INTERPRETATIO

NUMA Pompilius, quo maiore in ueneratione esset apud populum, simulabat sibi esse nocturnos congressus cum Ægeriæ fontis Nympha, ueluti cum coniuge. Hinc fingitur Ægeria luctu conuersa in fontem, Numa iam extincto. Erat autem Ægeriæ fons Romæ extra portam Capenam, in luco Camœnarum.

TAGES EX GLEBA ORTVS.

Fatalem glebam motis conspexit in aruis.

TAGEN ex gleba natum, arbitror fuisse hominem obscurum, qui subito inclaruerit, cum artem diuinandi esset professus. Terra enim nati olim dicebantur ignoti & obscuri. Quam multi hodie quasi ex gleba oriuntur Theologi, qui relicta stiuâ & aratro suscipiunt munus concionandi, & professione nouarum opinionum subito innotescunt?

ROMVLI HASTA IN ARBOREM.

Cum subito uidit frondescere Romulus hastam.

ROMVLVS captato augurio, cum hastam ex Auentino monte in Capitolium iecisset, hasta solo infixâ repente cœpit frondescere: quod prodigium significauit, statum imperij Romani hasta, hoc est, armis fore florentem. Plutarchus in uita Romuli meminit huius arboris, ac tradit eam tam diu floruisse, dum imperij status maxime floruit: sub initium uero bellorum ciuilium exaruisse. Ædificante. n. Iulio Casare, fabri cum propinqua arboris loca temere suffoderent, eius radices uiolarunt.

CIPPO

ti
os
um
in
rie
ce

oa
em
di
ast
ra
ne

M.
m
lo
m
ar
ni
m
el
re
oa

O

side
ade

y

us

va

va

oz

ni

pt

oa

oz

pid

re

uu

va

vus

uz

var

od

r

re


g

l

o

l


23



Biblioteka Jagiellońska



stdr0028230



Interpretatio

